PARS TERTIA

Continens

BELLICA ET MISCELLANEA

DANIELIS HERMANNI BORVSSI SECRETARII REGII.



Excusa Rigæ Livonum

Per Nicolaum Mollinum Typographum Anno 1615.

PARS TERTIA CONTINENS
Bellica

DANIELIS HERMANNI BORVSSI

NOBILISSIMIS

AMPLISSIMIS ET PRVDENTISSIMIS Viris, Burgrabio, Proconsulibus & Consulibus inclitæ Reip: Rigensis Dominis meis benignis & obseruandis.

POst recuperatam diuinâ Stephani Regis virtute è Moschi faucibus Liuoniam, cum primùm maritus quondam meus ab expeditione illa bellica, & pace facta, Regem comitatus in hanc Vrbem venisset, allectus variis eius opportunitatibus, & imprimis Ecclesiæ Reiq; Pub: tunc statu pacatiori, sedem domicilij & vitæ tranquillioris in ea figendi consilium iniit. Cumq; à Regia Maiestate Reuerendissimo olim Cardinali Radziuilo Prouinciæ Gubernatori, à consiliis esse jussus, magnam sæpè huius Ciuitatis humanitatem expertus esset, victus amore eius, quamvis beneficio Maiestatis suæ alias satis commodas possessiones terrestres haberet, tamen nunquam ferè, nisi publicis negociis auoca-

tus

tus, ab ea diuelli sesepassus est. Factumitaq; ut exinde ordinem vestrum amplissimum, qua decet obseruantia semper coluerit, & cum singulis conjunctissimè vixerit, donec diem suum supremum, annis abhinc duodecim in eadem obiens, calamitatibus huius Provinciæ quas triennio antè in carmine illo de partu monstroso Amp. V. V. dicato tanquam spiritu fatidico prædixerat, eriperetur. Cæterũ in viuis adhuc existens, cum editionem adornasset sui operis, Tertiam hanc eius partem nulli inscribendam duxit merito meliori, quàm Amplissimo vestro Ordini, idq; cum ob causas supra memoratas, tum quod ipsa libri Stephaneidum materia de Livonia postliminio restituta, cum annexis miscellaneis, suo quodam iure ad nobilissimam huius Provinciæ Metropolim pertinere videatur. Quis enim non intelligit, quanti eius interfit, pacatam esse Provinciam. Quis ignorat Rigam in his terris, primam & Christianæ religionis & nationis Germanicæ quasi matrem, quoties Provinciia vel à Moscho, vel aliis vicinis gentibus ceu diluuio quodam inundata fuit, aggeris instar obiectam, tutum semper exulibus præstitisse asylum, & totam ferè belli molem fortiter sustinuisse. Nemo id ibit inficias, nisi alienæ virtutis & laudis invidus. Extant eius rei documenta antiqua & recentia. Testis quoque est omni exceptione maior Illustrissimus Dominus Chodkieuicius pro tempore Provinciæ Gubernator & defensor fortissimus & felicissimus: Testis Illustrissimus quondam Zamoscius Regni Cancellarius & Exercituum Dux supremus, primus adversus Carolum Sudermaniæ Ducem missus cum Exercitu: Testis est denique ipsa Maiestas Regia, oculata calamitatum huius Provinciæ & laborum à Ciuitate exantlatorum spectatrix. Quamvis autem maritus meus animi mœrore & corporis ægritudine, ex præviſa huius Provinciæ ruina contracta, prius conficeretur, quam votum suum absolueret: mundo tamen immundo valedicturus, & animam Christo Saluatori redditurus, inter alia ut opus susceptum continuarem, huncq; Stephaneidum librum Amplissimo ordini vestro in perpetuum suæ erga hanc Rempub. obseruantiæ monumentum inscriberem, mandauit. Hanc postremam eius voluntatem iamdudum executa fuissem, sic enim ipsa pietas, tum merita Amplissimi vestri ordinis in nos collata postularunt, nisi fatalis calamitas, qua vniversa Provincia, & pro se quisque conflictati sumus, imprimis verò adversa curis & senectute oppressa valetudo mea conatum toties meum interrupissent. Nunc DEO gratias ago, qui hucusque me superstitem, quamvis lecto affixam conservauit, ut editione huius operis & mariti

mariti memoriam ab interitu vindicare, & qualemcunque grati animi mei significationem edere liceat. Quamobrem Amplissimas *D D.* Vestras obnixè rogo, ut hoc quicquid est opusculi, strenæ & ultimi muneris loco à me benigno vultu accipere, & quemadmodum Authorem viuum amastis, ita huius posthumi illius partus tutelam contra novercam obtrectatricem suscipere dignemini. *DEVS*, qui accuratam Ecclesiæ suæ curam gerit, Patriam meam Charissimam in fæda hac Provinciæ vastitate, hospicio pietatis & bonarum artium, ac simul Ordinem vestrum Amplissimum præsidio bonorum & oppressorum subsidio florentissimum semper conservet. Rigæ prid. Decemb. Anno ab incarnatione Filii Dei, M. DC. XIV.

Ampliß. D. D. V. V.
Observantissima.

Danielis Hermanni Secretarij quondam Regij Vidua, Vrsula Kröger.

DANIELIS HERMANNI BORVSSI, STEPHANEID: *LIBER I.*

MAgnanimum Regem qui Regna Polona po- Propositio Operis
Imperio, & justis defendit fortiter armis, (tenti
Heroëm Stephanum, Hungaricis qui primus ab oris
Rex Procerum arbitrio, & fatorum Numine lectus,
Arma per horrentes pugnaci milite sylvas, 5
Viq; viam ad Moschos per inhospita lustra paravit,
Nunc versu graviore canam: Gens sera nepotum
Audiat, & meritos virtuti expendat honores,
Insignem celebrans Regem, qui fortibus ausis,
Cacum illum horrendum fera post Spelæa latentem, 10 Emphasis.
Desertosq; diu Livones vincere suetum,
Mille necis species tormentaq; mille parantem,
Crudeli & cunctos superantem cæde Tyrannos,
Qui sunt, quiq; fuere, & qui sunt cunq; futuri,
Repressit tandem: & retrò procul ire coëgit: 15
Livonesq; iterum jussit sperare salutem.
Vera cano: gestis atq; omnia congrua rebus,
Quæ coràm aspexi: hisq; oculis præsentia vidi:
Quaq; fide digna accepi. Quis talia fando

Explicet, aut dignis possit memorare Camœnis
Phœbeo afflatu plenus præcordia Vates?
Difficultas rei. Latum iter ingredior: rem magni tento laboris,
Quæ captum ingenij vires excedit & ipsas.
In magnis voluisse sat est: conabor in altum
Surgere, & heroo sublimia pandere versu
Regis gesta, Duces, Martisq; horrentia bella, (num.
Molior hincq; gravem memoranda per orsa cothur-
Invocatio divini Numinis Qui mihi das vires, quiq; es mihi Carminis auctor,
Et bene, quos facio, facis hos me condere versus,
Christe ades, & dictis divinum asperge leporem.
Digressio. Tu verò columen Regni, ô Auguste Senatus,
Communi cujus decreto hæc bella geruntur:
Vosq; Duces horum: sive estis gente Poloni,
Lithvanive: alijsq; acciti ex partibus, omnis
In cœlum geminis quos Virtus evehit alis:
Deniq; vos quotquot bello servistis in isto,
Nomine seu memoro vos, seu memorare nequivi,
Cuncti animis, cuncti insignes præstantibus ausis:
Este mihi faciles, cœptoq; favete labori.
Exordium sive Narratio à Circumstantia temporis. Sol erat ingressus signum cœleste Leonis,
Austriacis quando fueram digressus ab oris,
A dulci patria, charisq; vocatus amicis.
Vix ubi contigeram patriæ confinia terræ,

Istula quà glaucus vallatam præterit urbem:
Me subitò ignotas Respublica misit in oras.
Dum justum Moschos bellum meditatur in hostes Rex bellum parat.
Rex Stephanus, turmasq; Equitum, peditumq; cohor-
Lustrat, & intrepidè falcatum diripit ensem. (tes.
Ergo iter emensus, spelæa per horrida longum,
Perq; viam auditam nunquã mihi, nec quoq; visam,
Per sylvas ubi pagi olim agricolæq; fuerunt,
Perveni tandem incurvi propè rura Polottæ,
Quem posita triplici Rex obsidione tenebat Rex Polotiã obsidet.
Iam victum, & fractum nequicquã flumen agentem.
Sed priùs antiquæ revocabo exordia litis. Occasio belli
Quis tantus furor? & quæ fortes causa Polonos,
Arma diu desueta humeris circundare tandem
Impulerit? Moschoq; cruentum indicere bellum?
Causæ belli remotiores propter quas Poloni cum Moschis ultra hominũ memoriam hostilibus armis dissenserunt. Iagello eversis ut Christum agnovit Idolis,
Hancq; fidem amplecti Lithvanos jusserat omnes,
Sarmatiæ summas fuerat Rex nactus habenas.
Exin erat Regno Lithvania juncta Polono,
Cujus erant olim longè latèq; patentes
Imperij fines. Quà Pscovam præfluit urbem
Pscova lacu exortus simili quoq; nomine dicto: Fines olim Magni Ducatus Lithvaniæ.
Quaq; Novogrodiam stagnanti flumine lambit
Volchous: hinc alia quà parte Boristhenis unda

Currit ad Euxinum pontum: Siveria tellus
Quàm latè patet & regio peramœna Mosâiſci
Quà jacet: huc limes Lithvani erat usq; Ducatus.
Quin etiam miseram Livonia paſſa ruinam,
Orba ſuis Dominis tutelam optavit opemq;
Sarmatij Regni. Fatorum numine levo
Regna tot, & tanta, & tàm florentiſſima quondam
A Moſcho varijs bellis oppreſſa fuerunt,
Et miſerè abductis paſſim viduata Colonis.
Præſertim proprias dum clara Polonia vires
Neſcijt, & trivit ſub inerti tempora luxu.
At Deus hanc faciem cœlo miſeratus ab alto
Non tulit ulterius: fortemq; ingentibus auſis
Excivit Regem, qui fato in Regna vocatus,
Vt formidandum metuendus reprimat hoſtem,
Et deploratas bellando reſtituat res.
Venit & oblatæ accepit diadema Coronæ
Rex Stephanuus: veterum decus, & nova gloria Re-
Floſq; reflores cens. Majeſtas Regia cujus (gum,
Non armis ſolùm decorata eſt: ſed quoq; pacis
Legibus armata: & virtutum numine largo
Splendida. Ceu fulget puro Latonia cœlo,
Et lucis clarum noctì partitur honorem:
Haud ſecus illius Regis ſe gloria tollit

Cla-

Causæ belli propinquiores.

Rex ad reprimendũ Moſchum fato electus.

Regis virtutes.

Comparatio

Clarior, & ſummum virtute affectat Olympum.
Vix fuit hic Regno rerumq; potitus habenis,
Cum ſubitò varias Legatos miſit in oras,
Devinxitq; ſibi multorum pectora Regum,
Vicinosq; Duces tranquillæ munere pacis.
Inde pari ſtudio Moſcho quoq; nuntiat hoſti,
Auctus quo Regno ſit, quo cumulatus honore,
Vtq; optet pacem ſanciri legibus æquis,
Vt ſimul humano parſum cupiatq; cruori.
Talia Rex. Moſchus technis inſtructus & aſtu,
Spem ſcripto ſimulat: premit imo in pectore fraudem,
Hæcq; refert: Si ſit tractatio pacis habenda
Mutua legatis, fas eſſe ut miles ab armis
Vtrinq; abſtineat, confiniaq; ipſa quieſcant.
Hic quanquã haud latuit dolus hoſtis, plenaq; verbis
Prodidit in Regem duris ſe infeſta Ducis mens:
Credita res tamen eſt: & verba indigna relatu
Diſſimulat tacitè Rex: præſidiaria mandat
Arma ſtatim ponì: & Legatos mittit ad hoſtem.
Nempe Palatinos Kruskum, Maſouia tellus
Cui dedit hos titulos: Saphiam, cui Minſcia paret;
Lithvanaq; ſimul qui Theſaurarius Aulæ eſt
Skuminum: quos Rex mandatis inſtruit amplis,
Et ramum portare jubet pacalis Oliva,

Cauſæ belli proximæ.

Rex ſtudio pacis mittit Legatos ad Moſchum.

Moſchꝰ ſtruit inſidias Regi.

Staniſlaꝰ Kriski Maſoviæ Palatinus, Nicolaus Saphia Palatinꝰ Minſcen, & Theodorꝰ Skumin Legati ad Moſchum mittuntur.

Signum Oratorum nulli violabile genti.

Accipe nunc Moſchi inſidias, & crimine ab uno
Diſce omnes. Namq; ut tangunt confinia miſsi
Moſchica Legati, fas omne abruperat hoſtis
Promiſſæ fidei, decorisq; oblitus & æqui.
Eloquar, an taceam? varium & miſerabile cædis
Auditur genus in terra Livonide: ſævo
Cum patre deſævit natus maturior annis:
Miſcetur laniena, & inundant ſanguine campi,
Quæq; capi haud poterant armorum viribus arces
Has corruptio, conſpiratio fraus q; ſubegit.
Hæc erat illa fides: á Moſcho hic ramus Olivæ
Paciferæ oblatus: reſonat clangoribus æther
Fœminei ſexus, vel triſti morte cadentis,
Aut ab inhumana turpiq; libidine preſsi.
A ſcelere avertit Sol vultus: conſcia Luna
Patrati ſceleris, ſpectatrix noluit eſſe,
Et niveos oculos atra ferrugine texit.

Talibus attoniti ſubſiſtunt finibus iſtis
Miſsi Oratores: Regi nil tale timenti,
Has referunt clades, pacis violataq; jura.
Inde viam celerant juſsi, Moſchoq; propinquant.
Cui ſimulac Regis præfantur voce ſalutem,
Et porrò inquirunt, quæ ſit fiducia pacis

Moſchus interea dum Rex Legatos mittit, hoſtilibus armis invadit Livoniam.

Crudelitas Moſchi quam in Livonia exercuit.

Legati Regis in finibus Moſchoviæ ſubſiſtentes ſcribunt ad Regem.

Pro-

Promiſſa, aut ruptæ Livonum nuper in oris?
Hoſtis inaudito faſtu, tumidusq; furore,
A pace excludit Livones cuncta ſuoq;
Arbitrio tractat, juramentiq; tenorem
Ipſe ſibi gratum ſcripto componit, in hujus
Verba q; Legatos Regis deſcendere cogit.
Deniq; mille modis fallendi mille figuris
Utitur, & nullas voces tractabilis audit,
Sed magis accenſa gliſcit violentior ira.
Nuntius at Regis ſua vix ubi verba peregit
Petrus Haraburda aſpectu ſubmotus ab omni,
Ædibus obſcuris par capto clauditur hoſti.
Sed quid id eſt? Nec ſe Moſchus temerare veretur
Sanguine Legati, at ſæpe his ſcelus aggravat auſis?
Tandem Oratores infecta pace revertunt
Ad Regem, meritò qui juſta incanduit ira:
Infremuit totum contracto milite Regnum,
Arma Duces rapiunt: omnes arma, arma loquuntur.
Hæ fuerant cauſæ, moti hæc occaſio belli.
Ergo ubi miles erat varijs conſcriptus in oris,
Diverſis conſtans è gentibus, undiq; multa
Agmina concurrunt, glomerataq; ſede Suiri
Subſiſtunt: luſtrat Rex belli robur in iſta
Parte loci: hîcq; Duces cunctando conſulit omnes,

Moſchus auditis Legatis, ad omnem animi impotentiam deſcendit.

Moſchus à pace vult excludi Livoniâ

Moſchus Regis nuntium in modum Captivi detinet.

Oratores Regis infecta re in Regnum reverruntur.

Bellum ſuſceptum.

Rex Suiri copias luſtrat.

Quò

Quò vires omnes vertendæ: quò sit eundum:
Quare Polotia ante omnia occupanda. Cunctanti hæc tandem potior sententia visa est.
Agmina ducenda ad sinuati rura Polottæ,
Quòd veluti fauces ibi sint, aditusq; nocendi,
Sive velit Moschus nostras incurrere in oras,
Sive (quod ô firmet votum Deus) arce recepta hac
Hinc atq; hinc pateat medios irruptio ir hostes.
Mens ubi fixa stetit totum huc convertere bellum,
Ductores primos numero Rex convocat omni,
Pro re pauca loquens, & talibus ora resoluens.
Regis Oratio ad Duces belli. Quanquam immane nefas, & vis temeraria Mo-
Sarmatiæ Regno multos illata per annos (schi
Nota sat est cunctis, & tanta est, ut magis arma
Sera quis hæc dicat, jamdudum & debita Moscho:
Quàm vel præpropera, injustis arreptave causis.
Ne tamen ignoret quisquam hujus semina belli,
Præcipuè miles varijs adductus ab oris:
Gesta placet memorari illi, sævosq; dolores,
Et Regno illatos, & nostro nuper honori.
Inde palam ut pateat, toti innotescat & orbi,
Nil prætermissum justo conforme quod esset,
Conveniensq; æquo, faciendæq; utile paci.
Ipsa modis sed enim cunctis concordia frustra
Tentata est: siquidem surdas sonus advolat aures

Ho-

Hosti effrenato, & spiranti immania quæque.
Nuntius ad tantum Lopatinscius ito Tyrannum,
Rex per Basiliũ Lopatinscium Moscho bellum denuntiat. Perjurum, pacis violantem juraq; Moschum,
Et nostra hæc illi placitura haud nuntia ferto:
Non illum insidijs sed aperto invadere bello
Propositum nobis: si quicquam cordis habebit,
Stabit nos contrà: latebris nec fidet opertis.
Hæc ferat ad sævum missus Lopatinscius hostem.
Ne verò quisquam arguerit nos sanguinis esse
Moschorum cupidos: testamur sidera cœli,
Hæc sceptra, hasq; datas Regni testamur habenas,
Invitos in bella trahi: sine sanguine nunquam
Rex jubet moderari armis. Bella geri scimus. Quare per sceptra, datiq;
Imperium Regni, cunctis, quicunq; tenentur
Legibus armorum strictis, dextraq; fideq;,
Hæc mandata damus: Sic sic moderetur ut armis
Quisq; suis, ne sit Moschos violare necesse,
Ni dare sese ausint campo, vel credere pugnæ:
Aut in præsidijs hostem defendere nostrum.
Rex á solo Magno Duce læsus in solo vindictam quærit. Nam velut á magno Duce solo injuria magna
Illata est nobis, data belli occasio & hujus.
Unus ut hic nostrum oppugnat crudelis honorem.
Hujus ut unius sitis atq; immensa libido
Sarmatijs terris magnam subtraxit opum vim:

Sic unum petimus caput armis hisce paratis,
Sic vindex animus tantum unum, tamq; superbum
Refrenare hostem jubet, illiusq; furorem,
Christiadasq; omnes tranquillæ reddere paci.
At licet ipsa globo stet Sors incerta rotundo,
In causa justa major Spes victoriæ.
Volvitur & variè, & facile huc inclinat & illuc:
Arma tamen causa cum pro meliore feramus,
Magna datur spes, & certa fiducia palmæ.
Ipse Deus qui cuncta oculis cælo aspicit æquis,
Justa secundabit felici sidere bella.
Ad hortatio ad Virtutem.
Quare agite ô Proceres nunc omnes promite vires,
Et Regem vestrum causa defendite in ista:
In tàm legitimo bello, hisq; ultricibus armis,
In quibus optamus lapsis succurrere rebus.
Non eritis Regno indecores: sed fortia cuiq;
Facta dabunt famam: & petet altum gloria cælum.
Tantò laus major bello isto quemq; sequetur,
Miles in immanem quantò ibit fortior hostem,
Pro patria afflicta communi proq; salute.
Extranei milites pro vicinorum salute suam in discrimen vocare debent.
At vos externis huc qui venistis ab oris,
Intrepidi nostris vestras conjungite vires.
Vicinisq; malum cognato assuescite jure
Tollere. Nam quando paries jam proximus ardet
Res agitur vestra: & delere incendia par est

Vici-

Vicini tecti, proq; hoc discrimen adire,
Ne flammæ exsuperent, & serpat latius ignis.
Cunctorum certè memores, sua cuiq; feremus
Præmia factorum, ornamenta, insignia, honores.
Deniq; vobiscum caput objectare periclis
Stat menti, & casus promti sumus ire per omnes.
His ita Rex dictis procerum præsentia corda
Erigit, & stimulis his acribus incitat omnes,
Plura sed edicto jubet evulgare severo,
Edictum Regium Suirense.
Per turmas equitum, peditum perq; agmina cuncta.
Et jam procedunt numerosis signa catervis,
Rex illustrem Ducem Nicolaum Radevilum Palatinũ Vilnensem, & Casparum Bekeschium Polotiã præmittit.
Primus inire viam præstanti Marte jubetur
Princeps Nicoleos Radevilo sanguine cretus,
Vilna Palatinum quem cælo laudibus æquat,
Insignem virtute virum. Cognominis hujus
Quiq; auctor gentis primus fuit, ille putatur
Epembole de origine Radevilorum & Vilna condita ex Annalibus Ruthenicis.
Nido Aquilæ inventus (sic credidit alta vetustas)
Consilium Vilnæ condendæ idemq; dedisse,
Dux ubi Lithvanis Gediminus præfuit oris:
Ille pedem extulerat venatum ex arce Trocensi,
Huc, ubi sylva fuit quondam, nunc Urbs jacet ingens
Stravit ut hîc Princeps immanem cornibus Urum:
Defessus tandem prope calvi culmina montis
Somnium Ducis Gedimini.
Decubuit, placidumq; hîc carpsit nocte soporem.

Fer-

Ferreus ecce lupus somno olli apparet in alto,
Quiq; lupos alios centum imo in ventre gerebat,
Tollentes fremitum ingentem, magnosq; ululatus.
Excitus é somno Dux somnia visa recenset:
Explicat hæc illi venturi præscius Auctor,
Nido Aquilæ (ut perhibent fasti) Lesdzeico repertus:
Ferreus ille lupus magna Urbs est, inquit, in ipso
Ventre lupi centum, collectos undiq; signant
Gentibus è multis varioq; ex agmine Cives.
Quare consilium fuerit Dux optime, nostrum
Errigere hîc Urbem, qua Vilna & Vilia in unum
Concurrunt amnem: Caput hanc Lithvania dicet,
Atq; Ducum sedem translatam ex arce Trocensi.
Consilium exsequitur Dux, Vilnam fundat & urbẽ:
Lithvanas inter quæ tantum prominet urbes,
Quantũ inter reliquos noctis micat Hesperusignes.
Hinc ortum hoc ducens de consultore propago,
Sive á consilio, seu Nido nomina ducit:
Vis etenim alterutra hæc Radzvilæ est insita voci.
Ille igitur Princeps canis licet obsitus annis
Agmine Lithvano instructus præit: additur illi
Pannoniæ gentis Ductor Beckeschius, armis
Consilijsq; valens, & doctæ munere linguæ.
Ambo viæ objiciunt sese ad divortia nota

Vilna condita circiter annum Christi 1305.

Palatinus Vilnen. & Casparus Bekeschius itinera circa Polotiam claudunt.

Hostibus, observant fallacis avia sylvæ
Hinc atq; hinc, omnemq; aditum custode coronant,
Ne quidquam auxilij capiendam accedat ad arcem.
Subsequitur toto Rex cinctus robore belli. (tus,
Hic Dux Christophorus Radevilo sanguine cre-
Dum primo incursu trepidantem territat urbem,
Atq; huic se comitem Iulanus jungere gaudet,
Quem Charitum decus, & Musarum enutrijt ordo
Dilectum Regi, secretaq; multa scientem:
Ecce duo occurunt fausto velut omine Moschi
Extra Urbis portas palantes mœnia circum.
Ilicò Iulanus laudum perculsus amore,
Vectus equo celeri fugientes fervidus hostes
Insequitur jam jamq; manu tenet, & ferit ense.
Saucius alter abit: lethali vulnere at alter
Sternitur, exanimisq; velut procumbit humi sus.
Egregia hæc laudans Princeps Radevilius ausa
Magnanime ô Paule, inquit, Martem jungere Mu-
Sic pulcrum est, maiorq; hinc surgit gloria bello. (sis
Hæc inter, primo armorum flagrante tumultu,
Et Sithnam, & Crasnam, & Cosianam excursio
Militis æquavit terræ, in cineresq; redegit. (sævi
Trajecto tandem Dhuna vallare Polottam,
Aginaq; agminibus conjungere, castraq; castris,

Arces Sithna, Crasna, Cosiana, per excursiones deletæ.

Rex jubet. Obsidio triplicíq; ex parte paratur.
Quà spirat gelidis Boreas animosior auris,
Rex triplici obsidione Polotiam cingit. Castra ibi Rex habuit, positis longo ordine signis,
Pannones at juncti Lithvanis castra tenebant,
Ad Dhunæ ripas quà conditur occiduus Sol.
Quà verò est Oriens, ibi Rosdra sevius agmen
Teutonicum, parte haud sat tuta, Ductor habebat.
Situs Polotiæ. Urbs erat in plano: pons illam junxerat arci,
Quas intersecuit liquidi brevis unda Polottæ.
Arx sibi celsa duos circumdedit aggere montes,
In quibus est sita: quam paries densissimus ambit,
Intus humo aggesta, & saxorum mole repletus.
Roboribus diversis propugnacula structa
Huc illuc circumspiciunt, aditumq; repellunt
Oppugnandæ arcis. Montis fossæq; profundæ
Ipse Polotta intrat partem: pars altera Dhuna
Cingitur: at remanet fossæ pars tertia sicca.
Polotia Vrbs igne deleta. Urbs versa in cinerem est: propriorq; accessus ad
Factus, & ingenti tormenta explosa fragore, (arcem
Exonerantq; globos candentes, grandiq; arcis
Robora perterebrant, illic meditantur & ignem.
Obsidione durante, magna pluviarũ iniquitas. Ecce autem ingentem pingens in nubibus arcum
Nuntia Junonis pluviasq; imbresq; frequentes
Desuper effundit: soles sine Sole sereno

Ire

Ire jubens multos: multarum obstacula rerum.
Hæc ingens sed enim pluvij inclementia cœli
Militis haud animos & fortia pectora fregit.
Acrius insurgunt, arciq; incendia miscent,
Et magnum oppugnant magnis conatibus hostem.
Fortitudo Moschorum in defendendis arcibus. Ille sed e contra obluctatur corpore toto,
Lampadaq; ardentem quæ tignis hæsit adesis
Securus mortis, densa inter tela globosq;
Suffocat, pariterq; perit: succedit at alter,
Nec cessare datur, nec respirare potestas,
Conferti m oppositi hostes stant tela omnia contra,
Inq; vicem subeunt, nec fas statione moveri.
Comparatio Quale ingens saxum, qualis præruptaq; rupes
Fluctibus assiduis tumidum quam verberat æquor,
Non cedit retrò sed fundo immobilis hæret:
Talis vis animi est in defensoribus istis.
Frustra ergo effusæ vires, primoq; sub ausu
Sors hosti, facies aspirat & horrida cœli.
Vadas Mihol certorum peditum Hungarorum Ductor occubuit ad Polotiam. Gesta sub hæc Vadas præstanti corpore Pannon
Dux peditum egregius, dum septos aggere Moschos
Fulminibus tormentorum, explosoq; fatigat
Candenti ferro, dum sedulus omnia tractat
Parte illa qua Bekesi munitio stabat,
Fatorum arbitrio immoto, missum eminus alta

Ar-

Arce globum hostilem femore excipit: inde revulsa
Ossa resolvuntur coxendicis, atq; profusa
Vita fluit, tellusq; est largo imbuta cruore.
Occidit hei, quem non Turcæ potuere catervæ
Sternere, cum patrijs miles serviret in oris.
Stat sua militibus meta: & sine sanguine nunquam
Bella solent peragi. Longo dignissimus ævo
Sic cecidit Vadas animosus Martis alumnus.
Fertur eum mœsto gemuisse Polotta susurro,
Incusasse simul nimium properantia Fata.
Pannones at magno cum luctu exangue cadaver
Suscipiunt, tumuloq; volunt componere Vilnæ.

Securitas Germanorũ ad Polotiam.

Hæc ita dum fiunt, miles Germanicus horto
Proximus indulget poclis, passimq; per herbam
Dispersus dormit: longam custodia noctem
Insomnem ludo ducens sua tædia fallit.
Quæ postquam vidit vallo vigil hostis ab alto;
Nunc aliquid tentandum, inquit, nunc ipsa vocat
Securi rerum, somno vinoq; sepulti, (res.
Et ludo intenti sunt Teutones: ocyùs illos

Moschi ex arce erumpentes aliquoties Germanos milites trucidant.

Clam ferro incautos densis superemus in umbris.
Dixerat, adjungens socium sibi protinus agmen
Egreditur porta quæ Solis vergit ad ortum,
Hortus ubi stabat, multorum causa malorum.

Namq;

Namq; olus infelix quoties hoc carpsit in horto
Occubuit miles medijs confixus in herbis.
Huc ubi pervenit Moschus, videt omnia tuta,
Et medio ludo intentos stricto obruit ense.
Hinc alios altum proflantes pectore somnum
Trasadigit costas, ferrumq; in corde recondit.
Corripit hinc Iuvenem ad mediam qui plurima nocem
Pocula dum vertit pro belli exhausta salute,
Par morti obdormit. Felix si nulla vel illi,
Aut usq; in lucem potatio tracta fuisset.
Nam similis lethargo, & in experrectus ut altè
Sterterat, hostilem cum somno fertur in arcem.
Olli oculos tàm dura quies & ferrea pressit,
Nec motum ut stertens nec sensum redderet ullum.
Excussus tandem crapula lentoq; sopore,
Obstupuit media se captum ut vidit in arce,
Et dubitat num sit, se contemplatur & ipsum.
Hei miser epotam execratur ut ore salutem?
Ut circumstantes sua non videt agmina Moschos?
Quid faciat? vitam precibus pretioq; paciscì
Incipit, haud precibus pretioq; inflectitur ullo
Moschus, ad horrendas pœnas cum sanguine poscit.

Crudelitas Moschorum in captivos Germanos.

O misera & non visa prius spectacula mortis.
Brachia nam terebro crudelis perforat hostis,

Trajicit & longum per facta foramina funem:
Sic vivum muro demissum ventilat alto,
Tristi voce ululantem, & toto corpore nudum,
Æthere & in medio implorantem plurima frustra,
Donec lenta fames, tortura infanda, sitisq;
Singultantem animam elisérunt ore recluso.
Hoc de securis monstratum informe trophæum.
Die 29. Augusti incendium Polotiæ illatũ hostes ad deditionẽ coëgit.
At tandem cœlo discussa nube sereno.
Exoptata dies fulsit, quæ spemq; animosq;
Hostibus infregit. Nam flamma injecta sub imo
Propugnaclo arsit, ventis quæ plurima crevit,
Corripuitq; trabes, ut quæ connexa fuerunt
Iuncturis tabulata suis, ea ab igne repente
Cum sonitu subitam dederint resoluta ruinam.
Nec sese ulterius tenuit jam militis ardor.
Quin fossam simul & fluvium superare Polottam
Ausi omnes, clivo propugnacloq; potiti.
Iamq; manu ardentes super ardua culmina tædas
Conjicunt: alij valvas & concita dudum
Limina tormentis summa nituntur opum vi
Eruere, atq; hostem dextra propiore ferire
Tela per atq; ignes. Sed vi majore repulsi
Retrò abeunt, palmam casu tamen hoste reportant,
Et propugnacli clivum tutantur adeptum.

Igne

Igne viam atq; aditum patefactum vidit ut hostis:
Ecce novæ interiùs se munijt aggere fossæ,
Hasq; moras fecit lethi discrimine parvo.
Verum nulla quies spatium illi nec datur ullum.
Namq; tenens clivum transversas ducere fossas
Conaturq; hostem hinc atq; hinc circumdare miles.
Parte autem ex alia conjecto cominus igne
Emissisq; globis candentibus ardua rursus
Arx incensa fuit, fumans radicibus imis.
Moschi incolumitatem pacti Polotiã dedunt.
Et jam jamq; magis flamma exsuperante ruinam
Ferre videbatur, cum tandem dedita Regi
Submittit sese, vitæq; paciscitur usum,
Gratia quam Regis victo donauerat hosti.
Descriptio arcis captæ.
Vestibulo in primo quà propugnacla fenestram
Vulcano superante dabant, vestigia cædis
Cernere erat variæ, & respersos sanguine postes.
Ora virûm atro vidi squalentia tabo.
Pars trabe operta fuit: pars igne absumta inimico
Hæsit adhuc ossis: sed flammam extinxit ut alter
Pariete collapso cerebri fragmenta reliquit.
Multi semineces spirabant undiq; strati.
Glans cannis expulsa cavis, quos eminus ictu
Non pleno tetigit. Nec solos contigit hostes
Iste dolor: cecidit miles quandoq; peremtus

Regius, agnovitq; habitus atq; ora suorum
Cæsorum fratrum inter sparsa cadavera Pannon.
Quadrupedes etiam per rura hostilia passim
Procubuere, herbæ sive infelicis ab esu,
Sive fame enecti, tormentisq; eminus icti.
Et latè ingentes albebant ossibus agri.

In arce capta omnium rerum abundantia.

Miles ut ingressus fuit arcem, copia tanta
Pulveris inventa est, & copia tanta globorum,
Quanta queat nulla reperiri forsan in arce
Principis ullius. Res bello qualibet aptæ,
Regi præsidio, terroriq; hostibus, omnes
Arce reservantur, siquis porrò exigat usus.
Cætera pars prædæ pugnacibus obtigit Hunnis.

Qui primus incendium Polotiæ intulit á Rege magna munificentia affectus.

Primus at in reliquis qui primam lampada ad arcem
Intulit, Ille sibi nomenq; decusq; paravit.
Obscuroq; loco quanquam satus, esse Polonum
Intrepidum ostendit, quando tela inter & hostes
Supposuit flammas, & missam ex arce Sagittam
Excepit tergo, pulsusq; repentè refugit,
Telum humeris referens: quem deinde Polotta recepit,
Ore reflantem undas madidaq; in veste natantem.
Ut primùm socijs superato est redditus amne;
Non ille humentes desiccat vestibus undas,
Eximit aut telum: Regem sed teliger intrat,

Veste vaporante, & madefacta sanguine & unda.
Rex probat hæc ausa: & belli applaudente Senatu
Præmia virtuti dat: Nobilitatis honorem.
Addit agros: addit pagos: pariterq; colonos.
Utq; rei possint seri meminisse nepotes;
Vir medio in clypeo flagrantem pingitur ignem
Ferre manu: supra clypeum galea extat aperta.
Hoc insigne sua peperit virtute Polonus,
Nomen habens ejus quem tunc tranaverat amnis.

Polotinski.

Hactenus hæc. Geminis Turoulia cingitur undis

Situs Toruliæ.

Amne á quo nomen ducit, Dhunq; profundo,
Confluxuq; horum pars arcis major obitur.
Qua patet at terra inter ripam utramq; relicta,
Transversus lacus hîc arcem, velut obice, claudit.
Ut jacet hæc media interq; Vlam interq; Polottam,
Pluraq; præsidia atrox quæ non abstulit hostis
Altiùs in Dhunæ ripis sita: sic facile omnem
Intercluſit opem, & quicquid belli exigit usus.
Hinc & defectus frugumq; penuria magna
Orta fuit, pretiumq; auxit per Regia castra.
Ipse Palatinus Vilnensis jusserat ire
Principiò huc Zucum, tunc quando Polotia capit
Obsidione angi: sed Zucus repperit arcem
Rebus abundantem cunctis, & milite firmam.

Franciscus Zucus primus Toruliam missus.

Viribus ergo impar, tormenta minoraq; ducens
Nil agit ex votis, infecta req; recedit.
Ecce aliud postquam Turoulia conspicit agmen,
Saltem armaturæ levis, ipsos nempe Cosacos,
Constantinus Lucomscius Vlensis Præfectus.
Quorum Ductor erat Lucomscius, omnia credens
Agmina Moschus adesse, ipsis velocior auris
Per portam aversam magno dat terga pavore,
Atq; Palatinos, simul ipsam & deserit arcem.
Toroulia citò occupata & iterum amissa.
Sicq; Palatinis desertaq; arce potitur
Miles: at ingenti ingeminat dum jubila plausu
Lætitiæ signum tormenta explodere gaudens;
Ecce inter tabulata, atq; inter lignea texta
Flamma ingens oritur, quæ circumfusa repentè
Arcem, quam miles modò vix bene ceperat, haurit.
Socolæ situs.
Socolæ at longe tristissimus extitit arcis
Exitus. Hæc versus Aquilonem tendit, iterq;
Plescoviam recta monstrat: majoreq; parte
Cingitur irriguis Drissæ Nissæq; fluentis.
Huc sese intulerant Moschorum millia quinq;,
Quando Palatinus Vilnensis prævia belli
Agmina agens, nec non Caspar Bekeschius, omnem
Obsedere viam, hostesq; excluseré ferentes
Auxilia obsessis ad parva fluenta Polottæ.
Missus ad hanc primùm fuerat Voleminscius arcem,

Hinc

Hinc Dux Christophorus Radevilius: ambo parati
Christophorus Radevilius, & Ioannes Voleminscius velitationibus ad Socolam dimicant.
Excurrunt, hostesq; armis & voce lacessunt.
His sed enim tormenta dabant propiore locato,
Arci intervallo, tutum in loca firma receptum,
Cedentesq; hostes retrò post tormenta latebant.
Pugna levis commissa, & velite milite tantum
Certatum fuerat, paucis utrinq; peremtis.
Nulla mora est, mandat majores ducere vires
Rex, & Socolam summa oppugnare jubet vi.
Ergo Palatinus, cui clara Podolia paret,
Nicolaus Meletius Podoliæ Palatinus cum Equitatu & peditatu Polonorũ & Germanorũ cohortibꝰ Socolã mittitur.
Qui quondam ad Nestrum Thracas fudisse feroces
Dicitur, atq; Scythas agris repulisse Podolis:
Quiq; fuit bello Ductorum primus in isto
Meletius famâ præstans, insignis & armis,
Certa Polonorum ducens peditumq; equitumq;
Agmina, Germanos quîs Rosdrasevius addit
Christophorus Comes de Rozdrazé Capitaneus Zancicienſis, &c.
Se comitem, & casus Wejerus jungit in omnes:
Pontem opere effectum celeri ipsis sternit in undis
Irrigui Drissæ, & crebris tunc imbribus aucti:
Transit aquas, Equitesq; jubet subsistere utrumq;
Germanorũ Ductor.
Amnem inter, qua sylva arci vicina propinquat.
Mox mandat ducta ut fiat munitio fossa
Opportuna loco, & tormentis apta locandis.
Iussa Poloni explent prope parvi flumina Nissæ:

Ieu

Ioannes Sbarasius Palatinus Braslaviensis.

Teutones at Drissæ. Effugium qua parte patebat
Hostibus ad Nissam consistit milite certo
Sbarasius cinctus, partes custodit & istas.

Socola sub noctem incensa.

Iam sese sero condebat vespere Titan
Quando globis altam quatiunt candentibus arcem
Artifices, dantq; ingentem tormenta fragorem.
Fortè alijs miles miscet dum partibus ignem,
Distinet & Moschos, flammasq; extinguere cogit:
En alia glans parte trabes, se figit in imas,
Et primò fumum mox sensim suscitat ignem,
Qui nulli visus sed tardè cognitus hosti,
Attollens latè vires complectitur arcem,
Deq; sua facit hostem desperare salute.

Moschi ex arce incensa fugam moliuntur.

Quà medium Sol parte diem notat extitit illic
Porta patens, parviq; ad Nissæ flumina tendens:
Hac globus hostilis confertim erumpere tentat,
Sed frustra: oposita occurrunt nam parte Poloni
Germanis juncti, signo in sublime levato.

Moschi á Polonis & Germanis in arcem rejiciuntur.

Sic Moschi in flammam sic rejiciuntur in Arcem.
Quos premit ut magna vi miles, Signaq; seq;
Portæ arciq; infert: notat hostis deditionem

Germani nõ intelligunt Moschos deditionem innuentes.

Supplicibus verbis, nutu illam signat & armis.
At Germana cohors, ut linguæ ignara Ruthenæ,
Nil capit illorum: verum alto corde revolvit

Tri-

Triste genus tormenti, quo cruciare solebant
Captivos Moschi oppugnati ad rura Polottæ.

Germani crudelitate Moschorum quam in captivos Germanos ad Polotiam exercuerant irritati, cædem acerrimè miscent in arce Socola.

Ergo furens miles Germanicus omnia replet
Horrenda strage, & socios ulciscitur omnes,
Qui capti nuper letho periere nefando.
Attollitq; animos, furijsq; accensus & ira
Per mediam irrumpit (visu miserabile) flammam,
Tristiaq; ambustis permiscet prælia dextris.

Quidá prædæ cupiditate pereunt.

Quò non auri ardor mortalia pectora cogit?
Dum nimium prædam sitiunt, inhiantq; rapinæ,
Abstulit ignis edax præstantia corpora quæq;.
Moschus ut incensa Germanos vidit in arce
Nec precibus flecti, nec deditione moveri:
Quando ergo nullam fas est sperare salutem,
Nunc moriamur, ait, sed non moriamur inulti.
Sunt etiam nobis arces defendere sueta
Pectora: sunt animi vitam contemnere sueti.

Moschi Cataractá Turri imminentem demittunt, & portam arcis obstruunt.

Hæc fatus Turri Cataractam mittit ab alta,
Obstruit & portam: sic partem excludit ab arcis
Ingressu, partiq; regressum denegat omnem.
Tristis & infausto hîc committitur omine pugna.

Pugna ex desperatione utriusq; partis.

Vis etenim flammæ omnes desperare coëgit,
Inclusos & circum fusos ignibus omnes.
Ne qua se eripiat, nec qua quisquam exeat arce

Mon-

Monstratur via: sed junctim sine lege peremto.
Victores victosq; haurit communiter ignis.
Correptum hic flammis densum funale coruscis
Conjicit in nostros, strictum simul & rotat ensum.
Hic pilum jacit, hic raptum de pariete tignum,
Ollasq; patinasq; incurvatosq; lebetes,
Res epulis quondam, tunc bello & cædibus aptas.
Ille rotam, ille axem, & quicquid dabat ira, furorq;
Intentat miser: hic telis fudibusq; præustis
Stratus humi quamvis, ictus minitatur inanes,
Et moritur, moriensq; alios secum injicit igni,
Sicq; mori medio pulcrum putat hostis in hoste
Ecce foris stantes connixi corpore toto
Objectam portæ Cataractam avellere certant,
Et tandem effringunt convulsam limine ab ipso.
Atq; hîc cernere erat nostrorum corpora multa
Saucia, & ambustis é porta erumpere membris.
Hinc reliqui effusi stationem rumpere tentant,
Atq; fugam arripiunt Moschi, quæruntq; salutem.
Sed fuga præclusa est, & glandes grandinis instar
Convolitant: nulli mortem evitare potestas.
Hei quantæ miseris cædes fugientibus instant?
Gliscit pugna atrox: sternunturq; obvia quævis
Agmina, fœmineis resona ululatibus intus

Milites foris stantes Cataractam á porta avellunt.

Moschi ex arce effusi omnes trucidantur.

Arx ardens: clauso nam multæ in fornice matres
Dum vitam quærunt, has fumus strangulat ater.
Iamq; ignes superant: tenebrosa nocte fit aër
Lucidus: ipsa procul flammasq; Polotia vidit.
Occidit hostis atrox: domus occidit: occidit ignis.
Sussa lacu spatiosa, & campo cincta palustri
Integra stabat adhuc, hostemq; inimica tenebat.
Sed quia tempestas pluviarum, & crebrior imber,
Omnia replebat, potiorq; occasio rerum
Iam fuit exacta, & jam fessus militis ardor,
Tempore difficili hoc Sussam oppugnare vetabat
Consilio Rex ipse gravi: sed protinus arci
Dispositus turmis hinc atq; hinc claudere mandat
Accessum auxilij. Nec fallit spes sua Regem.
Nam neq; Sussenses, amissa Polotia quando
Iam fuit, in longum poterant defendere tempus
Seq; arcemq; istam. Quin Magnus scripserat ipse
Littera ceu docuit casu intercepta Polonis,
Melecioq; Duci cum capto reddita Moscho)
Defossis tellure sacris scriptisq; libris
Deletisq; igni tormentis, pulvere & omni,
Ipse fuga miles sibi vitæ ut quæreret usum.
Mox etiam scripto Dorohostaiscius hostem
Edocet, ut sibi sit commissa Polotia curæ,

Sussæ situs.

Rex non jubet Sussam oppugnare, sed saltem omnem accessum auxilij præcludere.

Literæ Magni Ducis Moschoviæ ad Sussenses datæ intercipiuntur.

Nicolaus Dorohostaiscius Palatinus

Polocensis scribit ad Sussenses.

Quicquid & huc spectat: Regis mentemq; animumq;
Clementem ostendit: veniam qui pronus ad omnem
Amplecti malit, quàm debellare merentes.
A Magno facta est quæ Regi injuria, in illo
Vlcisci hanc solo statuit, reliquisq; subactis
Parcere decrevit: dedant ergo ocijus arcem,
Et vitæ hac una obtineant ratione salutem.
Similes magnis oppugnet molibus illos.
Nulla salus posthac, veniæ & locus haud erit ullus.
Melecius verò intercepta ut Moschica legit
Scripta, monet Sussæ Proceres, ne fidere vallo,
Neve diu morti tentent obtendere muros.
Illi arcem & fruges, tormentaq; bellica quævis
Tota Palatino Polocensi, Melecijq;
Militibus dedunt: cunctisq; & facta potestas
Vivere, resq; leves portatu tollere secum.
At Philo Cmita Orsæ peditumq; equitumq; coactis
Agminibus, latè in Moschi ditione vagatur:
Smolenscoq; propinquans magna suburbia flammis
Concremat, & duo pagorum propè millia vastat.
Magnam hominum, pecudumq; istis vim pellit ab agris
Atq; suos intra fines sine clade reducit.
Hinc Dux Ostrogiæ, cui Visniovecius addit
Se comitem, & pariter natus Ianusius, oras

645 650 655. 660. 665

Sussenses dedunt arcem.

Philo, Cmita Capitaneus Orsanensis in Moschi ditiones excurrit.

Constantinus Ostrogiæ Dux cum Michaële Vis-

In Moschi excurrunt, gelidasq; Boristhenis undas
Transgressi, mittunt hostilem per regionem
Tartaricas turmas, populanturq; omnia latè.
Czernhoviam Dux ipse petens metatur ad arcem
Castra, ipsam delet sed flammis funditus urbem.
Ille quidem oppugnat totis conatibus & vi
Præsidium: at rebus cunctis instructior hostis
Propugnat fossa munitam fortiter arcem.
In castris contra exiguæ fessæq; cohortes
Quas tempestatum pluviæ afflixere frequentes.
Tandem ergo castris missa obsidione remotis
Dux ipse Ostrogiæ loco diripit omnia, terras
Vicinasq; arci: ditio Siveria tota
Vastatur: Staroduba intacta nec ipsa remansit.
Et Podczepovia: & Radohostia deniq; turmas
Vidit anhelantes præda majore & onustas.
Nec Mecislaviæ Præfectus parserat hosti,
Sorte pari at Ioroslavam, pagosq; propinquos
In tenues redigit cineres, penitusq; solo æquat.
Hinc alij atq; alij diversis partibus acti,
Quas Deus & fortuna offert ex hoste superbo,
Supplicia & pœnas scelerum nunc fortè luente,
Exuvias varias læti & spolia ampla reportant.
Quisq; rapit prædam, & laxis furit acer habenis,

670 675 680. 685 690.

nio vecio Castellano Brasslavienſe, & filio Ianusio Boristhenem transgrediuntur.

Dux Ostrogiæ omnia loca Czernhoviæ vicina post solutam obsidionem populatur.

Præfectus Mecislaviæ Iaroslavam & vicinos pagos incendio delet.

Fretus equo, & fruges paßim proculcat agrorum.
Tollere quæ secum nequit, igni perdit iniquo,
Cultori mœsto collectasq; haurit aristas.

Comparatio.

Qualis ubi aggeribus perruptis Istula liber
Amplius includi non vult, non arte domari,
Fertur in arva furens campoq; potitus aperto
Insula quos claudit Gedano vicina virentes.
Haurit agros, pecudes, pagos, sata læta, hominesq;.

Ex Socola deleta Captivi nonnulli servati & ad Regem ducti.

Nunc finis belli. Moschorum millia multa
Occubuere: quibus melior fortuna pepercit,
Ex deflagrata Socola quiq; relicti,
Hi ducti ad Regem manibus post terga revinctis
Ibant, & veniam pariter vitamq; rogabant.
Ipse ego cum præsens horum spectator adessem,
Non homines rebar, sed agrestia bruta ferasq;,
Et tamen his tanta est regnandi innata libido

Votum pro Continuatione belli.

At vos ô Proceres, vos Primoresq; Poloni
Concilium magnis Regni de rebus agentes,
Consulite in medium, & conjunctis viribus ac vi.
Nunc agite, & Regi unanimes succurite vestro.
Bellum opportunum hoc, & fausto nomine gestum,
Successusq; urgete istos, urgete laborem.
Nulla diu melior fuit hac Occasio belli.
Sæpe quidem premitur speratæ gloria palma

Sed

Sed justo in bello tandem bona causa triumphat.

Rex præsidio captis arcibꝰ imposito in Regnvm regreditur.

Has inter voces, meaq; inter talia vota
Dum volat ad Regem auratis victoria pennis:
Ille animum in partes convertit providus omnes,
Præsidium firmum captasq; locavit in arces
Regrediens, plenosq; ferens ex hoste triumphos.
Cujus in occursum tendit promiscua turba,

Regi reduci omnia congratulantur.

Matres atq; viri, pueri, innuptæq; puellæ
Lithvanæ gentis, lætum Pæanaq; tanto
Victori ingeminant. Sed enim numerosior Ordo
Civicus, egreditur Vilna, Regemq; salutat,
Crebraq; displodit tormentis grandibus æra.
Lætitia exultant montes: cœlumq; fragore
Intonat: ipsi amnes & Vilna & Vilia læti
Excepere suum gratanti flumine Regem,

Rex in Templis Supplicationes fieri jubet ob captam Polotiã.

Ocyus & sacri duxere ad limina templi.
Quò simulac venit Rex, grates pectore dignas
Vota Deoq; egit: non Numinis immemor unquam
A quo certa salus: á quo victoria pendet.

Rex Comitia Varsaviæ habenda indicit.

Concilium interea generale indicitur, omnis
Inclyta quò veniat Procerumq; Ducumq; corona.
Mox coijt Regni cum Nobilitate Senatus,
Istula Varsavios quà præter labitur agros.
Huc igitur Rex tendit iter: sed flumen ut ipsum

Con-

Rex Grodnæ paulum subsistit, sed nûquâ otiosus.

Contigit, antiquam Grodnæ quod præterit arcem:
Rex subjectorum causas auditq; juvatq;:
Rex nunquam curis vacuus: nisi siqua quietem
Nox dare consuevit: sed & hæc brevis esse putatur.
Venatum interdum egreditur, cornuq; sonanti
Immanes excire feras, & sternere novit
Vectus equo. Haud illi sese ulla impunè tulisset
Obvia venanti fera: seu pedes iret in illam,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.

Caspar Bekeschius moritur Grodnæ mense Novembri Anno Christi 1579.

Fortè sub id tempus morbo consumtus acerbo
Vitales liquit Caspar Bekeschius auras.
Cujus relliquias & lamentabile corpus
Rex Vilnam ferri jubet, atq; in vertice montis
Servari: haud procul à tumulo, quo conditur unus
Ductorum belli Vadasch, quem Pannonis ora
Ediderat Marte egregium, nulliq; secundum.

Corpus Bekeschij jussu Regis Vilnæ in excelso monte sepelitur.

Parca sed á tergo veniens rapuitq; tulitq;,
Tempore quo cinctus fuit obsidione Polotta.

Rex curat Bekeschio in monte arci Vilnensi propinquo, qui Caluvus dicitur, monimentum exstrui.

Fortunati ambo: quos Regis cura perire
Non sinit, ast illis vitam post funera præbet.
Nam fanum fieri supremo in culmine montis
Rex jubet æterni, signum memorabile honoris.
Hei pietas, hei prisca fides, & Regia virtus
Laudibus attollenda polo: Bekeschius olim

Ob-

Obliqua invidia stimulisq; agitatus iniquis
Ausus in hunc fuerat bello consurgere Regem.
Rex tamen hunc bis victum, dare terga coactum
Erexit rursum, summis & honoribus auxit.

Rex seipsum vincens.

Gloria non minima in Rege est qui cætera vincit,
Idem animos, iramq; suam si vincere norit.
Et jam fama volat totum vulgata per orbem,
Dumq; fluet liquido commistus Vilia Vilnæ,
Lambet aquis Calvum dum parvus Vilnaq; montẽ:
Semper honos, Regisq; decus, laudesq; manebunt:
Æternumq; locus Bekeschi nomen habebit.

Literæ é Moschovia per nuntium Moschicum afferuntur á duobus Legatis Novogrodiæ Duce Ioanne Theodori F. Mscislavienſe, & Mikita Georgij F. Romanovicio Sacharino ad Nicolaum Radevilũ Palatinũ Vilnen: & Eustachiũ Volovicium Castellanum Trocensem.

Ecce autem paucis affertur Epistola verbis
Scripta Palatino Vilnensi, Volvicioq;
Eustachio: haud illam Magnus, misêre sed illam
Romanovicius Sacharinus, Mscislaviusq;,
Legati Magni Ducis. Olli hortantur ut omnes
Lithvani Proceres Regni intra limina deinceps
Contineant Regem, nova ne rursum induat arma.
Magnum namq; Ducem summo exarsisse furore
Fama ubi sparsa fuit victum occubuisse Polottam.
Ergo ipsum clades volvisse ulciscier istas:
Sed tandem votis victum precibusq; suorum
Christiadum imprimis optantem parcere cædi
Arma repressisse, & sævum domuisse furorem.

Quare opera Proceres ſimili efficiantq́ labore
Abſiſtat bello Rex: intra limina Regni
790. *Contineat ſeſe: Legati mutui eunto:*
Qui pacem, & pacis poßint componere leges.
Rex ad Comitia ſe confert. *Hæc inerant ſcriptis. At Rex inſtante Decembri*
Concilium petit: & res geſtas ordine pandit.



DANIELIS HERANNI BORVSSI STEPHANEID:

Liber ſecundus.

Inclytus ut coijt Regni de more Senatus,
Auguſta gravitate ſedens, atq́ ordine longo,
Regis verba facit Samoſcius ore diſerto.
Qui veterum exemplo Martem conjungere Muſis
Audet, & hinc gemina virtute in utrumq́ paratus,
Aut tonat eloquio, & facunda flumine linguæ,
Concilio in medio quoties Reſpublica poſcit:
Aut pro communi fert & regit arma ſalute.
Hic igitur tali alloquitur ſermone Senatum.
Auguſta gravitate viri, qui caſus agat res,
Et quo ſit fortuna loco noviſtis abundè.
Quod fauſtum felixq́ igitur ſit & utile Regno,
Septem arces nuper felici Numine captas,
Inq́ poteſtatem Regis redjiſſe ſubactas
Iam nulli obſcurum eſt. Ergo præſtantibus auſis
Bellum æquum & juſtum hoc, & dextro ſidere cœp-
Succeſſusq́ urgere iſtos, urgere laborem, (tum
Conſultum Rex ipſe putat: Nam quod bene cœpit,
Non bene deſeritur tanto hoc in cardine rerum.

Ioannes Zamoiski de Zamoſczie Regni Poloniæ Cancellarius Capitaneus Bekzenſis, Medzericenſis, Garvolineñ. Kniſiineñ, ac Zamoheñ, in Comitjs Regis nomine ad Senatum verba facit.

Oratio Cancellarij in qua & hactenus ſuſcepti, & deinceps ſuſcipiendi cõtinuãdiq; belli cauſæ recẽſentur.

Propoſitio.

Ratio.

A natura hostis.

Notæ artes hostis. Semper cui frigida bello
Dextera: ad insidias habitus sed callidus Auctor.
Promissam violare fidem, pacemq; sequestram
Rumpere religio nulla illi: fasq; nefasq;
Et dolus & virtus nullo discrimine habentur.
Ille quidem pacem exoptat: sed pace sub ipsa
Sæpe datam confirmatam quoq; juramento
Hactenus abrupitq; fidem, multosq; fefellit
Sarmatiæ Reges. Nec longè exempla petantur.

AbExemplis, ijsq; varijs, nunquà servasse Moschũ fidem.

Namq; Sigismundo Augusto olim scripsit, ut expers
Securusq; mali Oratores mitteret amplos,
Mutua non dubiæ facturos fœdera pacis.
Hæc simulans simul invasit cepitq; Polottam.
Fraude pari Henrico Regi imposuisse videtur,
Facta ubi spe pacis Livonum irrupit in arva,
Parnovia & capta loca sanguine multa replevit.
Talibus insidijs perjurioq; arte Moschi
Fortè moram extremis ut Regni in finibus egit,
Circumventus erat Rex. Nam fiducia pacis
Ut data ei fuerat: Legatos misit, at illi
Vix ubi Moschoviæ fines tetigere propinquos,
Livonum in terris passim per rura per arces
Fervere cæde nova Moschum audivere furentem,
Vastantem & latè vacuos cultoribus agros.

Mens

Moschi crudelitas.

Mens meminisse horret: quas ille immanibus ausis
Christiadum ediderit tunc strages ense cruento.
Sanguine cæsorum impletas suxisse papillas
Credibile est illum: puero quæq; ubera mater
Præbuit, Hyrcana quiddam de Tigride suxit.
Non hujus stirpis Romana ab origine quisquam
Auctor: at hunc genuit duris sub cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanæq; admôrunt ubera Tigres.

Moschus genealogiam suam deducit á Prusso Cæsaris Octavii Augusti fratre.

Hic tamen á quodam genus audet ducere Prusso
Cæsaris Augusti (si fas sit credere) fratre.
Qui quondam Arctoas latè possederit oras,
Istula qua fluit, & qua Balthica littora stagnant,
Nomine deq; suo dedit ipsis nomina Prussis.

Moschi Genealogia studiosè confícta ad vendicandas sibi provincias mari Balthico vicinas.

Scilicet egregium Romana ab origine Prussum,
Quem rerum natura parens non protulit unquam,
Sed sola effinxit regnandi immensa libido,
Ut quodam quasi jure mare affectare Boreum
Se probet: hinc illi Livones, hincq; petuntur
Curetes: Lithvani etiam pars magna Ducatus,
Quiq; legunt pretiosa in littore succina Prussi.

Moschus á pacis tractatione vult excludi Livoniam, Churlandiam, & partẽ Lithvaniæ.

Hinc petitur pax: sed quæ Regem excludat ab harum
Terrarum jure: ut ferus omnia transferat hostis
Ad sese & qua vis possit ditione potiri.
Quæ quò respiciant: quis casus & ista sequatur

Luce patet clara. Siquidem satis omne superq;
Vidimus exitium. Quanto ergo impensiùs æquum est
Consulere in medium, dum nondum sævior hostis
Latius imperium nostras extendit in oras.
Cujus fastus iners, tumidæq; superbia mentis
Ut semper, nuper sic visa & cognita multis.
Exemplum insolentis superbiæ in Moschico Legato.
Namq; sub id tempus quo Regnum ingressus erat Rex,
Quoq; frequens populus populosæ affluxerat urbi
Croce tuæ, auspicio Regis gratansq; favensq;,
Venerat hanc etiam Moschi Legatus in urbem,
Qui procerum egregia hinc atq; hinc astante corona
Regis in aspectum veniens, nimis orsa superba
Prosequitur, Regiq; omnem detrectat honorem,
Nec multa effatus, tenet os, rupesq; velut stat,
Verbaq; nulla facit, pileoq; immobilis hæret.
Rex jubet ut fari hunc, respondit: Seria Magni
Verba Ducis facio, cui ni Rex cedat honorem
Ipse prior, non jussa mei Ducis ulla profabor,
Et patrias potius remeabo inglorius oras.
Moschicus Legatus é Senatu Regio indictis reb9 discedit.
Ergo suos meritò dum Rex tutatur honores,
Ille sed econtrà obdurato permanet ore,
Indictis rebus discessum est: eq; Senatu
Moschus abit, secumq; infecta negotia portat.
O gentem immanem: speluncis abdita in atris

Du-

Ducere quæ vitam assuevit, feritate ferasq;
Exsuperat, mores faciles mitesq; perosa.
Nam quid dissimulo? aut quæ me ad majora reservo?
Nonne sibi á nobis oblatum sensit honorem
(Principibus qualis datur) intra Regia tecta?
Num contra Regem est ullo dignatus honore?
Num Ducis admonitus mandata peregit? amicos
Num flexit vultus? num vocem reddidit ullam?
Quæ quibus anteferam? manet, æternumq; manebit
Infixa hæc animo contemti injuria Regis.
Declaratio Epistolæ á Legatis Moschicis missæ.
Nunc habeat tectæ fallax quid Epistola fraudis
Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo.
Insidiæ, & scriptis latitat dolus omnis in istis,
Longa quibus trahitur mora: belli occasio ut omnis
Deficiat Regem: causæ nectuntur inanes
Commoti Ducis, & repressi deniq; belli.
Si quam etenim sumtis spem Moschus forsan in armis
Ponit adhuc, non is vindictæ oblitus, & iræ,
Cessabit deinceps, quam quærit, rumpere pacem.
Nulla fides pietasq; illi qui jura fidemq;
Sæpius abrupit, fraudem ingeniosus ad omnem.
Verùm esto, cupiat non ficto pectore pacem,
At nec dum reddet Livonum quas tenet arces,
Avulsa & Regno per multa Boristhenis arva,

Ho-

Horum etenim immemorem gerit omni tempore men-
Tantum & abest ut sponte ablatas restituat res, (tem,
Ut majori etiam plura ausu acquirere certet.
Parcere Christiadum quòd cædi, quodq; cruori
Expetit: ô utinam ut hæc est sera optio, vera
Sic quoq; sit Moscho: humano qui sanguine nunquã
Hactenus expleri potuit: Livonia testis,
Ingenti campos quæ monstrat cæde rubentes.
Quòd monet ut sese Rex intra limina Regni
Contineat deinceps, Legati mutui cantq;:
Legatis tentata diu res. plurima frustra
Fecimus, & vacuas labor irritus ivit in auras.
Vix igitur spes ulla datur meliore futurum
Hostem animo, qui tam longo jam criminis usu
Consenuit, furtis vel Verrem vincit & ipsum.
Comparatio. *Ceu canis hinc indè assuetus discurrere liber*
Frenari nequit in senio, atq; repugnat habenis.
Conclusio bellum esse continuandum, & nervos conquirendos. *His ergo atq; aliis causis impulsus honestis,*
Rex bellum ut nuper perjuro indixerat hosti,
Sic bellum sumtis renovandum existimat armis:
Si modò consilio unanimi atq; assensibus omnis
Concordet Regni summa gravitate Senatus,
Et adeò reliqui Proceresq; Ducesq; viriq;
Nobilitate sati. Nec tantum assensibus omnes,

Ære

Ære sed auxilioq; simul succurrere par est.
Cætera fert Regnum: sunt illi fortia multa
Agmina: sunt animi: & rebus spectata juventus.
Clausula habens Votum pro æquitate causæ. *At qui cuncta oculis summus Deus aspicit æquis,*
Ille sit in bello Ductor fortissimus isto,
Ille sit in causa vindex justissimus ista,
Et meritas pœnas scelerato ex hoste requirat.
Hæc postquam Regis mandato verba peregit,
Desierat facundo Cancellarius ore.
Status & Ordines Regni promittunt nervos ad bellum, & auxilia. *Continuò inter se collectis undiq; votis*
Consensere Duces, Proceresq; & nobilis ordo
Arma remoliri, & renovari bella jubentes.
Auxilia hinc cogunt: certatim accurrere Regi
Pro se quisq; suo cupit: ad bellumq; parat se.
Comparatio. *Qualis ab aëria præcelso culmine turris*
Campanæ sonus incensam denuntiat urbem,
Iamq; ignis superat commoti turbine venti
Auctior, alta ruunt tabulata & tecta domorum:
Undiq; concursus tota densissimus urbe
Exoritur, summis certatur viribus ac vi.
Hic cuneis audet partem divellere muri,
Quà latet ignis edax: summi hic fastigia tecti
Conscendit, largasq; effundit desuper undas.
Ille facultates periturís ædibus aufert

Ocyus: alter aquas varia urna & vase ministrat.
Pars coit armata: atq; explorat nequa coorta
Seditio cives hostilia trudat in arma:
Talis erat concursus cum Rex iret in arma.
Undiq; convenere Duces, ruit omnis ad unum
Sarmatij Regni Regem bello apta juventus.

Regni Cancellarius conscribit militē.

Ille etiam qui nunc referebat Nestora voce,
Conscribit turmas Equitum peditumq; cohortes
Consilio eloquioq; potens Samoscius: olli
Dat clypeum Pallas: dat cætera Mulciber arma.

Symbolum Regni Cancellarij: Oculatum Cor.

Ipsa sui sed enim monimentum insigne favoris
Sophrosine genitrix occulatum ferre dedit Cor.
Pectore conspicuum quod semper gestet ubiq;,
Quo circumspiciat casus prudentior omnes,
Quo motus animi regat, & moderetur eosdem.

Nancekinus Moschicus Nuntius Vilnæ á Rege petit, ut Legatos ad Magnum Ducem mittat.

Sol erat in Geminis, cum Vilnæ Nancecus esset,
Non Moschi Orator, magis Explorator at idem.
Ille refert: Adsum Magno Duce missus ab ipso,
Qui dirum humano dirimi sine sanguine bellum
Optat, Legatosq; tuos Rex affore sperat
Olli (sensit enim fucato corde locutum)
Rex nihil: at jubet hunc sua rursum ad tecta reduci.
Forsitan hîc fuerint ejus quæ facta requiras?

Gregorius Oscicus col-

Oscicus egregia stirpe, & genere ortus Equestri

De-

cludit cum Moscho.

Degenere ast animo vir erat: qui seq; suamq;
Auro vendiderat patriam: hic arcana receptus
Sæpe ad consilia, arcanas res prodidit omnes,
Cumq; hoste atroci longos colluserat annos.
Clam cunctis, donec Sol crimina tanta retexit.
Cætera & hic inter sceleratus proditor, auctorq;
Hosti erat, ut saltem traheret tempusq; moramq;,
Non acie campo nec congrederetur aperto:
Castra modò & tutas servaret providus arces.
Sponte secuturum sic belli postea finem,
Aut pacis leges faciles utrinq; futuras.
Naucecus hunc igitur precibus corrumpit & auro:
Consulit is consulta priùs: plura insupper addit.

Oscici nefaria consilia deteguntur.

At celata diu tacito tot crimina corde,
Sol oculus mundi sub apertas protulit auras.
Conscius ipse sibi Vilna exijt Oscicus Urbe,
Molitusq; fugam medijs est captus in ausis.
Et quia nec potuit, volvit nec facta negare,
Ergo erat à toto damnatus jure Senatu,

Oscicus capite plectitur.

Morte luens pœnas. Iacet ingens proditor ille,
Avulsumq; humeris caput, atq; infame cadaver.
Non tamen incepti cessit fiducia belli
Sarmatio Regno: quin Explorator ut ipse
Regis in aspectu stetit, illi litera scripta

Rex dimittit Nuntiū Moschicum cum literis, quibus

Fit

hosti bellum indicitur.

Fit comes indicti belli: simul ipse jubetur
Ire iterum, & Moscho bellum portare cruentum.
Sic dimissus erat: sed lux ubi postera fulsit
Improvisus adest: & inexpectata profatur:
Non ulli Regum, non ulli audita priorum,
Magnus, ait, faciet: Legatos mittet in ampla
Atq; potestate in majori, si queat ullo
Lis dirimi pacto. In dubium Rex talia noli
Verba vocare: moramq; aliquam ne ferre recusa.
Credit: bis denosq; dies Rex pace sequestra
Munera á Pontifice Regi missa.
Ire jubet: jam jamq; sacratum suscipit ensem
(Quem Papa Gregorius vagina incluserat aureâ)
Insignemq; auro galeam gemmisq; micantem.
Hæc Regi egregio præstantia munera missa
Per Paulum Uchanium genere & virtute potentem.
Rex Vilna discedit.
Rex iter ingreditur tandem, Vilnamq; relinquit,
Acta ubi lux fuerat post Idus tertia Junij.

Lustrationũ locus.

Est locus ad silvas situs, amni proximus Ulæ,
Dives agri, pecorisq; & pinguis semine glebæ,
Czasnicium vulgus communi nuncupat ore.
Huc delecta virûm concurrunt corpora, equorumq;
Agmina, lustraturq; suis hîc miles in armis.
Quos ego tunc & equos, & fortia pectora vidi?
Quando recensebat Rex millia multa Lucomlæ.

Descriptio Exercitus lustrati

Pars hastas tulit: & maculosa tegmine Lyncis
Circum humeros cooperto fuit: pars gesserat alas,
Alite vecta in equo: pars pila minora ferebat,
Arcumq; Clypeumq;, sagittiferasq; pharetras.
Georgius Farenbecius adducit secum turmâ Equitum Germanorum.
Venit in hos etiam tunc Farensbecius agros,
Martia progenies: Equitumq; adduxerat agmen
Lectorum, quos ipsa dabat Livonia tellus,
Et conquesta suum distractum & flebile Regnum,
Relliquijs istis Regi servire volebat.

Rex lustrat Exercitum Cancelarij Regni.

Parte alia Rex lustrat equos, peditesq; pererrat,
Quos sibi collegit patrijs Samoscius oris, (cor,
Vir magno ingenio, atq; oculatum in pectore habens
Sophrosynes matris clarum & venerabile donum.
Ille ut erat consorte thori privatus, & una
Parte sui cordis (fuit hæc, reor, Heroina
Christias, illustri Radevilo é sanguine nata)
Omnia sic viduo tunc signa nigrore notabat.
Terribile hoc, visuq; horrendum apparuit agmen.
Exercitus in morem aciei instituitur.
Omnibus hasta nigra, & nigra vestis, nigraq; signa.
Stabant, atq; aciem referebant ordine structam
In certasq; alas distinctam dispare forma;
Stabant, atq; hæsit pede pes, junctusq; viro vir.
Haud secus acsi quis pugna confligere aperta
Iam velit, adversumq; invadere cominus hostem.

Certatim explodunt manuales undiq; cannas
Turba virûm peditum, crebris micat ignibus æther,
Exoritur fumus, nebulaq; involvitur omnis.
A dextra lævaq; Equitum ruit agmen, & hastis
Concurrit, celeriq; in gyrum vertere habena
Certat equum, vacuas pulvis volat actus ad auras
Quadrupedum cursu, cœlumq; obducitur umbra
Pulverea. Hicq; aliquis miles non segnior altam
Ingeminat vocem: tali proclamat & ore:

Epiphonema militare.

O cur non omnes uno datur agmine Moschos
Proterere, atq; ipsum in primis consternere Magnũ?
Hoc ubi magnanimus Rex perlustraverat agmen,

Lustrato Exercitu itur Vitepsciam.

Imus in umbrosum nemus & stabula alta ferarum,
Complureſq; dies lucis erramus opacis,
In quibus apparent vestigia rara domorum,
Sed magis apparent vestigia crebra ferarum.
Moschus enim ut quondam vires sumebat eundo,
Hac latè grassatus erat, pagosq; homines q;
Hos tristi exilio flammis subvertit at illos.
Hinc silva est ubi pagus erat quondam populusq;.
Ut primùm in celso Vitepscia condita monte
Extulerat visu sese, campiq; patentes
Ostensi cœlo, populosæ culminaq; urbis,
Miles, io, clamat, tandem nemoralibus umbris

Egres-

Egressi, hîc fessos dapibus recreabimus artus,
Antè priùs silvas quàm rursum intremus in altas.

Vitepsciæ Exercitus in duas partes dividitur.

Postquam convenere locum cuncta agmina in
Sive ea Pannonio constabant milite, sive (unum,
Sarmatio, seu Lithvanorum signa ferebant:
Hinc abit, inq; duas partes exercitus omnis
Dividitur: bello Ductorum primus in isto

Regni Cancellarius cum septem millibus præit Velissam.

Atratum agmen agens cunctos Samoscius anteit,
Millia cui septem data præstantissima quaq;
Pectora: in egregijs it Covalevius armis
Prævius: Hungaricis it Bornemissa catervis:
Drojovius turmam Thomas hinc ducit equorum,
Christophorus comes hinc illustri è sanguine natus
Rosdraseviadum: cui Farensbecius ultro
Germanos ducens Equites socia agmina jungit.
Hinc Seberdovius: illinc Urovecius ibat:
Multi præterea quorum mihi nomina desunt.
Wejerus sed enim claris celeberrimus armis
Nil ævo graviore, & nil obstante senecta,
Eminet in reliquis, miles spotaneus: illum
Consilijs adhibet Samoscius, & sibi jungit
Velissam hi dextra, sed enim Rex parte sinistra
Usvatam tendit. Cuncti clamore feruntur

Rex Vsuatam petit.

In cœlum: atq; iras animis audacibus augent.

Hîc

Difficultas locorum silvestrium.

Hìc verò ingentes dumis densasq; frutetis
Utrinq; in silvas ventum est: ceu cætera nusquam
Lustra forent, & ceu silvæ nullæ antè fuissent.
Nec datur ire ultra: frondosa est undiq; sepes
Arboris objectu assiduo, ramisq; plicatis.

Milites vi viâ parant per silvas densissimas.

Non tulit hanc speciem cordato pectore miles,
Et sese medium silvas injecit in istas
Eductus prompta lucos aperire securi.
Fit via vi: rumpunt aditus: silvasq; recludunt
Pannones immissi, & latam dant ore fenestram.

Regni Cancellarius Velissæ propinquans in silvis prohibet usum tympanorum & tubarum.

Mox ut aperta fuit via, Cordis Dux oculati
Ordine quemq; sequi, simul alta silentia cunctis
Imperat: abstineant clara voce, atq; tubarum
Clangorem ponant. de prima nocte sit unum
Indicio lumen: duo lumina quemq; paratum
Esse jubent: tria sed, submotis cedere castris.
Talia signa sui in tentorij vertice figit,
Quà cancellatata est galea atq; albedine fulget.

Non procul à Velissa captus Moschus examinatur.

Utq; propinquabat Velissæ, substitit alto
In memore, ad Dhunæ ripas: atq; ecce repente
E numero levis armaturæ Eques advolat unus,
Et captum adducit Moschum: Samoscius illum
Accipit, hortatur fari, quo sanguine cretus,
Quid sciat, aut porrò quæ sit fiducia Moschis.

Ille

Velissenses nihil de hoste metuunt.

Ille autem: exigui numero sunt arce locati,
Nec parte hac hostem expectant, nec posse venire
Hæc per lustra putant, perq; hæc spelæa ferarum.
Dicta fides sequitur. Mandat Samoscius omnes
Accelerare viam, á tergoq; relinquere currus.
Ventum erat ad sylvæ extrema. Hìc hastilia terræ

Velissenses improvisi obsidentur.

Demissa inclinant, hostis ne cernere possit.
Iamq; locumq; situmq; omnem propè cernimus arcis
Arboribus tecti. Sed non omninò latere
Fraus hostem poterat: docuit mox exitus ingens.
Oppidulum â Moschis nam totum incenditur ipsis,
Machinaq; é turri pariter disploditur alta.
Proruit é latebris Equitum peditumq; caterva,
Atq; hìc ingenti se Farensbecius ausu

Insigne Farensbeci factum.

Omnibus ostendit: bifores ruit acer ad usq;
Præsidij valvas, & glandem explodit in hostem.
Unà omnes ruere, & vocem ingeminare videres.
Considunt castris tandem, arcemq; undiq; vallant.
Hæc stat inæquali aggeribus circundata monte:
Altiùs insurgit clivus quà fossa profunda est,
Cætera pars declivis Dhunæ cingitur undis.

Munitiones fiunt.

Protinus erecti multa tellure replentur
Sub noctem corbes, quaq; hos accedere tutò
Monstret, in obliquum transverso tramite fossa

Ducitur, ac magnis tormentis mox geritur res.
Sarmatica exortum Solis munitio ſpectat,
Hungarica occaſum: trans flumen ponitur agmen
Quod negat auxilia hoſti, quodq; intercipit undam,
Atq; omne effugium, ut victis fuga nulla ſuperſit.
Ipſi intus parte ex omni pro turribus aſtant,
Arces aſſueti invicta defendere dextra,
Multaq; diſplodunt tormenta minora frequenter.
Pannones utq; globis candentibus, utq; Poloni
Inſtant certatim, in rima trabis ortus utrinq;
Ignis erat: Moſchi ſubitò extinxere ſed illum,
Deditioq; arcis necdum ulla apparet in hoſte.
Ecce autem caſu improviſo res bene geſta.

Caſus memorabilis.

Qui primus docuit candentem explodere glandem
(Inventa hæc ſed enim res hoc á Rege putatur)
Ligneaq; ignito rimari mœnia ferro,
Inventor juſſit modico tormenta replere
Pulvere, parietibus qui ſic infigere glandem
Poſſet, ne partes penitus tranſcurreret imas,
Sed potius trabibus medijs infixa maneret.
Inde fore ut latitans ſenſim intus creſceret ignis,
Nec facilè ignitum foret intus tollere ferrum.
Ergo Polonorum dum quidam ex partibus implet
Pulvere tormentum exiguo nimis & pauxillo,

Per-

Perfacilis velut eſt menſuræ & ponderis error,
Non valuit glans miſſa arcem terebrare trabesq;:
Incidit in pontem: ſic pons incenditur igne,
Qui circum fundens ſeſe arci extrema minatur,
Præcipuè ut miles tædam ſupponere certat.
Territus his rebus Moſchus ſe dedidit, uſum
Sed pactus vitæ. Sic nullo ſanguine fuſo,
Omine ſed fauſto Samoſcius arce potitur.

Veliſſenſes ſexto die Auguſti ſe dedunt.

Quæ dedit hanc tantam felici ſidere palmam
Lux erat Auguſti poſt actas proxima Nonas.
Mox celebratur honos ſacrorum: publica fiunt
Vota Deo, cui ſoli omnes tribuuntur honores.

Convivium.

Iamq; tubæ lituiq; ſonant: Samoſcius omnes
Quos belli ſecum ipſe Duces habet, ordine longo
Excipit, & dapibus lætos ſolatur opimis.
Cratera ingentem pro Regis & ipſe ſalute
Ebibit, & Proceres verbis invitat amicis.

Rex Suraſſo Veliſſam excurrit.

Hæc ita dum fauſta fatorum ſorte geruntur,
Rex belli audito eventu mox advolat ultrò,
Et paucis ſtipatus adeſt; gratatur, & arci
Præſidium imponi citiùs jubet; inde Suraſſum
Regreditur, triplicemq; in Dhuna flumine pontem
Roboribus junctisq; ſcaphis inſternere mandat.

Regi Suraſſo Viuatam pe-

Ecce autem venit longinquis littera ab oris

Miſ-

tenti literæ á Moscho afferuntur.

Missa Duce à Magno, atq; humili perscripta tenore,
Qualem credideris simulato é corde profectum.
Namq; refert sese Legatos mittere, præter
Majorum, moremq; suum; mandata dedisse
Talia, quæ optatæ essent consentanea paci.
Sed siquidem dubia in diversum mente trahatur,
Quid velit, aut in quo perstet sententia Regis,
Ergo istis forsan contentum vix fore Regem.
Rex igitur sua sensa animi declaret abundè,
Quid velit, aut in quo perstet sententia fixa.
Interea expectet Legatos: finibus inq;
Se Regni teneat, nec Moschica miles in arva
Excurrat: sitiatve insontem haurire cruorem
Christiadum: memori repetat Rex pectore vocem
Iessidæ Vatis. Reges namq; ille potentes
Qui populo præsunt, qui terræ juraq; dicunt,
Admonet ut sapiant, & pulsis erudiantur
Errorum tenebris, Domini ne sæviat ira.
Hæc scripto inseruit Davidis carmina Moschus.
Rex his perlectis cœpto haud desistit, iterq;
Propositum accelerat, stratosq; in flumine pontes
Silvarũ densitas.
Transit. At hîc oritur non ulli pervia silva:
Quocunq; aspicias, nihil est nisi contigua arbor:
Nulla pedum apparent vestigia, nulla rotarum.

Fit

Fit fragor, evertunt pinus radicibus altas,
Arboribusq; plicatos tollunt undiq; ramos
Pannones electi. Rex ut via facta patebat,
Signa Palatini Vilnensis prævia mittit.
Dux Nicolaꝰ Radevilus Palatinus Vilnensis præmittitur Vsuatam.
Qui postquam Vsvatam venit Radevilius heros,
Lithvanorum agmen ducens, videt igne crematum
Oppidulum á Moschis jam, vulguśq; arce receptum.
Arx jacet in tumulo, lacubusq; est cincta duobus,
Situs Vsuatæ.
Alter in Occasum vergit, petit alter at Ortum,
Ex quo Vsvata fluens nomen tenet, atq; Surassum
Tendit, ubi Dhunæ mistis conjungitur undis.
Obsidione feros cingens Radevilius hostes
Palatinus Vilneñ obsidet Vsvatam.
Hortatur, Regi ut dedant maturiùs arcem,
Una salus illis placidi clementia Regis.
Hæc per eum, cui Mercurij dat nomina virga.
Illi mente quidem inflata vultuq; feroci
Respondent primùm: at postquam tormenta moveri
Conspiciunt, unaq; Hunnos sub nocte propinquas
Ad portam fossas celeri duxisse labore,
E quibus adversos hostes sine fine petebant,
Stantes pro turri & caput exsertare timentes:
Palatinus Vilneñ Vsvatam deditione accipit.
Ergo paciscuntur vitam: dedunt simul arcem.
Atq; ita Dux præstans Radevilæ gloria gentis
Vsvatam Victor sine vi capit, atq; relinquit

Vitam, fortunasq; hosti quas tollere possit.
Qui volet, is Moschi, volet & qui, Regis is esto,
Libera nam cuiq; est permissa á Rege facultas.
Hæc equidem vera est, hæc Regia & inclyta virtus:
Bis vincit Victor, qui sese vincere novit.
Interea jussu Samoscij Vrovecius alta
Robora cæsa ligat, trabibus per mutua nexis,
Et Subitò Dhunæ pontem confibulat amni.
Transierant celeres Equitum peditumq; catervæ,
Cæteraq;, impositusq; iterum religatur aquis pons.
Hîc rursus cœnosum iter, & densissima quæq;
Obvia erant lustra, & cænum undiq; & undiq; pon-
Quos tutò haud ulli poterant transire jugales (tes,
Curriferi: flentem aurigam persæpe videres
Ulva in limosa fractas reparare quadrigas.
Illic plaustra jacent, illic temone revulsus
Axis, in hac radij fractarum parte rotarum.
Quid lacrymas frustra infelix auriga profundis?
Nequicquam & quereris laceri vestigia currus?
Imbresq;, pluviasq; lutosasq; undiq; silvas?
Sors eadem Dominos Regem cum milite tangit.
Perfer, & obdura: non semper lustra per alta
Ibimus, optatum dabit at Deus his quoq; finem.
Et jam jamq; magis rarescunt undiq; silvæ,

455 Vrovecius jussu Regni Cancellarii pontem Dhunæ ad Velissam insternit.

460 Viarum iniquitas.

465

470

475

Ap-

Apparent agri, congestiq; horrea fœni
Plurima, terra ferax dat largos frugis acervos.
Fallor, an ostendunt se mœnia Velcoluci?
Hîc reor, hîc Urbs est magnæ prænomen adepta.
Ergo animum in partes rapit has nunc rursus in
Et numero electos sumens Samoscius omni (illas,
Lustrat equo fossas, aditumq; per avia quærit.
Aspicit eversam á Moschis urbem, aspicit arcem,
Quam liquidis ima Lovatus parte alluit undis.
Quà medio in cœlo Sol stat, geminum facit illic
Alveolum Lovatus, fitq; insula: rursus in ima
Parte arcis coit, & quondam amplam intersecat ur-
Hinc versus lubricis Aquilonem labitur undis. (bem:
Ambit fossa lacusq; arcem: prægrandibus altus
Et trabibus paries mira compage paratus,
Cespite vimineo sic condensatur, ut extrà
Contiguum vallum sit, quod non ulla globorum,
Muralis neq; tormenti quod disijciat vis:
Planicies circum, fœcundi & gramine campi.
Fortè adventabant Legati Principis illo
Tempore: quanquam ergo totis Exercitus omnis
Jungitur agminibus, vallatamq; obsidet arcem,
Pax tamen est utrinq; habita: atq; impune licebat
Ferre pedem hinc atq; hinc: sed postquam copia fandi

480 Regni Cancellarius cum certo numero excurrit, & Velcolucum lustrat. Velcolucum á Moschis ante Regis adventũ exusta. Situs Velcoluci.

490

495 Legati Moschici Velcolucum adveniunt.

Est

Legati ad Regis alloquiũ admissi.

Est data Legatis: Olli auro ostroq; superbi
Vestibus & pictis subeunt Tentoria Regis
Arrexere aures, intentiq; ora tenebant
Sarmatij Proceres, graviumq; negotia rerum
Audire optabant, certa fiducia pacis
Cuiq; fuit. Moschi at verborum ambagibus actis
Ut primùm expediunt solito de more salutem,
Mox ita: Rex ista rursum Regione recedat
In Regnum regressus, ibi tractatio rerum,
Illic pacis erit. Nec plura effantur: in istis
Persistunt verbis, iterumq; iterumq; rogati.

Insolens negotiorum Expositio.

Regni Cancellarius cum parte castrorum Regiorũ Lovatũ transiens oppugnare instituit arcem Velcolucensem.

Continuò transit Lovatum Samoscius amnem,
Solis ad exortum fossas ducit, simul altos
Attollit corbes, tormenta his insuper infert.
Solis ad occasum hoc faciunt quoq; Pannones ipsi.
Ecce per obscuræ tenebrosa crepuscula noctis
Dum fossa egressus Clocevius omnia lustrat
Securus, volat ecce altis jaculata latebris,
Atq; illi mediam glans ictu trajicit alvum.

Petrus Clotzevius Castellanus Zavichostensis, & Capitaneus Malogostei. globo trajicitur.

Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.
Hunc infelices properataq; fata querentes
Exanimum servi flentes in castra ferebant.

Velcolucum tormentorũ vi quatitur.

Et jam tormentis vastam muralibus arcem
Parte ab utraq; petunt; sednec rescindere vallum,

Nec

Nec valuere globi flammarum attollere vires.
Terra obstat, pariesq; aggesto cespite tectus
Altè hærens intus, non ulli pervius igni
Stat contrà obnixus: statq; ictu immunis ab omni.

Regni Cancellarius præmijs invitat milites ut ignem manibus arci inferant.

Hìc animis calcar Dux Cancellarius addit,
Atq; hunc in medium cunctis proponit honorem
Militibus: Iuvenes, inquit, fortissima corda,
Qui vestrum ante alios animosior ibit, ut ignem
Supponet primus tectis, feret ille triginta
Facti auri minas, & factis prædia digna,
Idem humili si stirpe sit ortus, Nobilis esto.
Nec reliquis etiam deerunt sua præmia certa:
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

Milites accurrunt ad arcem, & ignem supponunt.

His dictis incensi animi, atq; honor addidit iras:
Sarmata prorupit hinc, celerem simul admovet ignem,
Fumiferasq; faces alia parte Hungarus infert.

Hungarorum plerique occumbunt.

Hoc in conatu atq; hoc in certamine rerum
Occubuere virûm lectissima corpora quaq;,
Pannones in primis, jacta inter saxa globosq;
Qui saltu fossam superantes, corpore in ipsum
Incumbunt propugnaclum: & vi cespitis omnem
Connixi inter se certant abradere molem,
Atq; viam flammis avulsa sternere terra.
Quos operi intentos lapidum circumvolat imber,

Emiſſiq́ globi: ſic non impunè laborant,
Sed pereunt alij: ſubeunt alijq́ vicißim.
Tunc quoq́ Rußinius florentibus occidit annis,
Stans tormentorum intra corbes: glande peremtus
Gergelius perijt; ſimul audaciſſimus ille
Pruſſiacæ gentis, ſemper cui mutua curæ
Pugna erat, & nullo poterat qui vulnere ſterni
Leſcius. Hîc illum voluêre occumbere fata.
Non tamen incaſſum cecidit labor: ortus utrinq́
Ignis erat: vires nequijt ſed ſumere eundo.
Nam quia vimineus pendet de pariete ceſpes
Non flammæ ſuperare illum aut abſumere poſſunt.
Vidiſſes propugnacli faſtigia ſummi
Ardere, & vallum conſcendere Pannonas altum,
Miſcentes flammis tædarum alimenta ſubortis.
Vis tamen obtinuit Moſchorum, & reppulit acres
Pannonas, adverſoq́ furentes igne Polonos.
Quin etiam ſi quæ valli radice ſub ima
Tæda fuit ſuppoſta ardens, vel ſiquis adhæſit
Igne globus candens tignis trabibusq́ ſub imis,
Demiſſum lapſi per funem ſæpius hoſtes
Tædam undâ vicêre: globum exſecuere ſecuri,
Aſſueti longo flammas extinguere bello.
At Rex conſilio celeri res adjuvat iſtas

Rußinius, Gorgel, & Ioannes Lieſki, aliàs Nachtigal dictus, occumbunt.

Hungari & Poloni miſcentes incendia repelluntur ab arce.

Moſchorum in defendenda arce fortitudo.

Rex jubet cuniculum ſub

Scru-

Scrutariq́ jubet mox propugnacla ſub ima
Radice, atq́ trabes rimari contiguatas,
Pulvere & incenſo terrenam avellere molem.
Conſilium exſequitur præſenti pectore miles,
Et paries tandem flammis propioribus uſtus
Corruit ad medium, & latum dedit ore foramen.
Iamq́ omnes avidi ſcalas in mœnia poſcunt,
Magno animo atq́ auſis arcem oppugnare parati.
Ipſe inter primos ſe Farensbecius audet
Proripere, & ſcalas fieri jubet, & probat illas,
Quàm longæ & latæ, ſint, an bini ordine juncti
Stare ſimul poßint, ſimul & conſcendere in altum.
Quin Equites ipſi, quos leges juraq́ belli
Efficiunt immunes á conamine tali,
Cum ductore ſuo cupiunt conſcendere muros
Moſchorum Ducis Oratores hæc ubi cernunt.
Audiri cupiunt, admitti rurſus & optant
Regis ad alloquium, quîs poſtquam facta facultas,
Nil niſi verborum ambages, & ſyrmata ducunt
Haud Regi acceptanda, & juſto diſſona, & æquo.
Rex jubet ergo illos ſua ſub Tentoria duci,
Permittitq́ ſuo ut perſcribant talia Magno:
Ni volet á totis Livonum cedere terris,
Plura ipſum deinceps graviora q́ bella manere.

pro pugnaculo ad parietem usq; duci.

Oppugnatio inſtituitur.

Moſchici Legati cupiunt iterum ad alloquium Regis admitti.

Rex jubet Legatos ſcribere Magno Duci.

Talia Legati: Rex ipſe at talia ſcribit.

Rex ipſe ſcribit Magno Duci.

En qui nuper eram tibi verbis ſpretus iniquis,
Sarmatiæ Stephanus Rex coràm interritus adſum,
Invia per luſtra has tandem delatus in oras,
Decorum. 600 *Pro lege & grege pugnaturus fortibus armis.*
Si quicquam ingenui ſub pectore Martis habes Dux,
Meq; laceſſito ſi tantas concipis iras,
Sume animum, & pugnæ campum decerne, diemq;.
Refellit objectionem Moſchi. *Non ego Chriſtiadum ſitio cædemq; cruoremq;,*
605 *Auſint ſe temerè niſi ſi qui opponere in armis,*
Sol mihi ad hæc teſtis: Livonia terraq; teſtis,
Quam propter tantos potui perferre dolores.
A te ceu facta eſt mihi atrox injuria ſolo,
Sic in te ſolo hanc ulciſci ante omnia mallem.
610 *Ergo vel ſponte á terra Livonide cedas,*
Aut ades, atq; omnes bellorum contrahe vires,
Ut mecum adductis pugnam experiare catervis.
Sin mage conſultum multorum abſiſtere cæde,
Generoſitas. *(Ut potiùs vellem) miles collectus utrinq;*
615 *Stet procul, & noſtro dirimamus ſanguine bellum.*
Unum pro multis pereat caput, & cadat unus,
Atq; hoc quæratur tellus Livonia campo.
Curſor avi ſimilis per Moſchica rura veredo
Præpete provolat atq; hæc perfert nuntia Magno.

In-

Interea haud certant præſtantes Marte Poloni,
E munitionibus Polonorum arx incenditur. 620
Candentesq; globos jaculantur murmure magno,
Tandem horum aſpirat melior fortuna labori.
Namq; ingens ortus magno cum turbine ventus
Ivit in oppoſitum directo flamine vallum.
Flamma igitur ſubjecta prius, quam credidit omnis 625
Extinctam prorſus, ſopitos ſuſcitat ignes.
Parva quidem primo, mox ventis aucta fit ingens,
Ingrediturq; ſolo, & valli depaſcitur alta
Culmina, & in gyro flagrantem circuit arcem.
Moſchi igne ſuperante proclamant deditionem. 630
Iam jam nulla mora eſt, conclamat ab aggere Mo-
Dedo arcem: victis, victum tendere palmas (ſchus,
Aſpicitis, veſtra eſt arx iſthæc, veſtra Poloni.
Moſchi ſe dedentes petũt vitam.
Unum oro, ſi qua eſt pietas, quæ talia curet,
Si qua manet miſeros etiam clementia victos,
Hanc ſinite hanc animam, & dulcem mihi linquite 635
Talia dicta dabat, cum viribus ignis adauctus (vitã
Iam ſummas pinnas, jam valli tecta, trabesq;
Abſtulerat. mediasq; arcis properabat ad ædes.
Invocatio.
Vos mihi nunc Muſæ verſus dictate canenti,
Quis tandem eventus fuerit? quisve ultimus arcis 640.
Exitus? & quæ ſors Moſchorum quemq; ſecuta?
Hæc Muſæ meminiſtis: & hæc memorare poteſtis.
Nova narratio.
Arcis ubi incenſæ caſum convulſaq; vidit

Culmina tectorum, atq; ire é penetralibus hostem,
Tristia flammato meditatur pectore Pannon.
Necdum ille oblitus clades stragesq; suorum
Glande peremtorum inter mista incendia fratrum,
Occursatq; animo revocatum á morte nefanda
Ut toties servarit captis arcibus hostem
Dimissum incolumem: qui postquam hanc venit in (arcem.
Notitia belli majore instructus, & usu,
Iam meliùs poterat vim pellere viribus omnem.
Quin etiam prædæ partem videt igne perire,
Integra quæ cunctis in deditione fuisset
Matura. Has Hunnus furiato corde volutans
Irarum Causas, fixumq; in pectore vulnus;
Irruit, & strictum vagina diripit ensem,
Obvia quæq; metens Moschorum corpora ferro.
Pars arcem petit, & quicquid datur ocyùs aufert,
Dum nondum sedem venit ferus ignis ad illam,
Sulphurei nitri qua copia larga latebat:
Cætera pars tristi laniena fertur in hostes,
Quà descensus erat de summo & semita vallo.
Seditione potens Vieico, insignis & astu,
Dilectusq; Duci, medios pertransijt Hunnos
Non animadversus: quem noto ut viderat ore
Accipit, & vitam linquit Farensbecius ultrò.

Causæ propter quas Hũgari in Moschos sævierunt.

Pars Hungarorum ex arce incensa prædam aufert: pars exeuntes hostes obtruncat.

Iuvan Vieico á Farensbecio agnitus servatur: sed postea ad latus Farensbecij ab Hungaris interficitur.

Illum habitus, vestisq; intexto discolor auro
Prodidit insignem: cui sæva percitus ira
Pannon ait: Tune hostis veste indute superba,
Eripiare mihi? Pannon te hoc vulnere, Pannon
Sternit, & exsutum corpus sine honore relinquit.
Hoc dicens jugulum petit, & terræ applicat ipsum,
Avellitq; humeris caput, ex uviasq; reportat.
Fortè duo induti nigro per terga cucullo
Exibant Monachi, quibus Hunnus cæde pepercit,
At miseros fossæ mediam deturbat in undam,
Crure tenus stantes mox arripit (ære crumenam
Namq; gravem sensit Monachos ex arce tulisse)
Excutiensq; sinum, nil invenit: ocyùs ergo
Unda in limosa hærentes huc versat & illuc,
Rostratasq; ocreas, quales gens barbara gestat,
Sedulus explorat, partes rimatur & imas.
Nec spes fallit eum: reperitur copia nummûm,
Celatumq; ocreis argentũ, quod rapit Hunnus, (mos,
Atq; ita: Lex Monacho data nullos quærere num-
Nostrũ opus hoc: vade, hanc jamq; obliviscere gazã.
Hæc Monachos, sed sors reliquos diversa manebat.
Parte alia globus Hunnorum collectus in unum
Perfurit, & Moschos junctim jugulatq; secatq;.
Haud secus acsi quis matura papavera summo

Duobus Monachis spoliatis vita servatur.

Comparatio.

Laniena miserrima miscetur.

Vertice decutiat, truncetve olus, aut secet herbas.
Hic ictus clava capitis per tempus utrumq;
Labitur, & sparso rigat arma inimica cruore.
Huic ensis medio infixus pulmone tepescit.
Huic recludit iter vocis gutturq; securis,
Quæ priùs & silvas & lustra recluserat alta
Ille petens vitam, sua, seq; oppignorat ipsum:
Nil omnes valuere preces cadit ictus & ille
Pannonia dextra: fossa gemit alter in uda,
Vestibus exsuto cui vitæ usura relicta est.
Forte senex quidam nato comitante putabat
Eadem evasurum se jamq; evasit ut illam,
Ecce furens miles venit obvius, & petit ambos,
Illi autem subito in terram cecidere pavore:
Dissecat os nati, jugulumq;: at terga parentis:
Alter enim in faciem, resupinus concidit alter.
Quocunq; aspicias nihil est nisi mortis imago
Plurima: fœmineis resonant ululatibus auræ.
Illic mœsta suum quærit matrona maritum,
Inter semineces, & mista cadavera vivis.
Hinc alia de parte suos laniata capillos
Comparatio. *Capta puella dolet, malletq; abrumpere vitam.*
Talis erat facies ad captæ mœnia Trojæ,
Victores Danai victos ubi Troas agebant.

Ira-

Irarum in tanto fremitu, tantoq; furore
Militis Hungarici, cunctis omninò puellis
Matribus, & pueris parsum est, nisi fœmina siqua
Non armis, sed enim sævo exanimata timore
Concidit, atq; animam subitò simul exhalavit.
Aut infans aliquis durante hoc turbine turbæ
Excidit é gremio, & tritus pede, desijt esse.
Pulvis tormentarius in arce servatus incenditur.
Ecce propinquante igni tormentarius ille
Pulvis in alta volans summas diverberat auras,
Dans crepitũ horrendum, fulmenq; imitatus Olym-
Iamq; omnis visa arx solos considere in ignes. (pi.
Pathos.
Tunc ore ambusto illacrymans sparsusq; cruore,
Fronte niger, barbaq; niger, pede curvus utroq;
Unus Moschorum, dulci vescatur ut aura
Sic petit. O fortes, ô magnis Pannones ausis
Per vos, per qui vos tales genuere parentes
Oro, me sinite hac jucunda vescier aura,
Me dedo, servus nec vobis esse recuso.
Quamvis sim læsus, quamvis pede curvus utroq;
Pannones huic: Sera nunc deditione precaris:
Namq; recordamur cum nostros glande necares,
Dedere quòd nec te, neq; tunc servire volebas,
Tunc quoq; eras rectus, nec eras pede curvus utroq;;
Sax casmus, & execratio
Bestia curva, via hac morere: hac in strage tuorum.

Vngarica latinis verbis in voluta.

His ita reſpondent, ſimul ipſum ante ora trucidant.
Noluit his quidam ſæva feritate Polonus
Cedere; & hic alium fugientem corripit hoſtem
Sorte fere & forma ſimili: cui turbidus inquit:
Quæ te olim genuit furtivo é ſemine mater,
Iota hæc curva fuit, curvi gibbiq; ſinusq;,
Inq; ſinu curvo puerum te lacte fovebat.
Omnia tu curvæ ſimilis, gibbumq;, ſinumq;:
Es curviq; ſinus, gibbiq; homo peſſime curvi.
Nunc morere, inq; ſinu terræ ne pòſt homo curvi
Eſſe ſinus dicare. Hoc dicens perfodit enſe,
Quà curvus ſinus altè cor ſub veſte tegebat.
Ille cadit, proprioq; ſuo ſe in ſanguine volvit.
Quis cladem totam? quis cæſos dicat & omnes?
Millia Socola vix tot cecidere cremata.
Diſcite nunc Moſchi miti vos dedere Regi,
Diſcite res omnes, oblataq; reddere Regna
Manè ſub Auroram, exorti ſub lumina Solis
Has ita dum Moſchi meritas dant ſanguine pœnas,
Et ſcelus expendunt hinc paſſim, atq; inde patratum
Livonum in terris, Lithvanis finibus atq;,
Vectus equo ſpumante venit Rex, & videt agmen
Pannonium nimia cæde atq; cupidine ferri
Vallum obvelare, & ſpiſſas facere undiq; ſtrages

Cla-

Cladibus his miſerorum & triſti morte cadentum
(Quanquam ita promeruere omnes uno ordine ad-
Rex motus, jubet aſtineant, enſesq; recondant (num)
Pannones eductos, multoq; cruore madentes.
Pœnarum exhauſtum ſatis eſt: fratresq; necatos
Vlti ſat ſumus: edidimus tot ſtragis acervos
Miles ait: nunc ceſſemus, jaceantq; inhumata
Corpora tot, proprioq; ſuo ſe in vulnere verſent
Alter in alterius mactati ſanguine Moſchi.
At reliquos, pietas quos Regis vivere juſſit,
Servemus ſervos ſimul uſu mancipioq;.

Commiſeratio.

Exitus hic triſtis Moſchorum: hic exitus arcis
Ex deflagrata ſolum vallum arce remanſit.
Abſtulit ignis edax permultos frugis acervos,
Arma, enſes, haſtas, nitrum, tormenta, globosq;
Vnica ſervata eſt ſaltem Falcone notata
Machina, quam palmæ rurſum Samoſcius auctor
A Rege æterni monimentum ſumſit honoris:
Atq; á Septembris Nonis ſunt omnia geſta.
Poſtera Phœbea poſtquam lux lampade fulſit,

Rex jubet cæſos ſepeliri.

Rex pietate gravis poſtrata cadavera mandat
Reddere humo, auctores cædis juſſa iſta faceſſunt
Ocyus, & raptatos funibus undiq; foſſis
Injiciunt ductis, & verba hæc inſuper addunt:

Epitaphium cæsorum.

Hic casi recubant Moschi, quos Hunnus ut ense
Fulmineo stravit, sic contumulavit eosdem.

790 Rex instaurat arcem.

Interea instaurare jubet Rex ocyus arcem
Partitis operis: una de parte laborem
Sauromatæ sumunt, alia sed parte laborant
Pannones, ast illic Lithvanæ copia gentis.
Sic celeri effecta est satis arx munita labore.

795 Nova Narratio de Moschis ad Torpetiam congregatis.

Has operas inter medias, mediosq; labores
Præpes fama volans hostem propè nuntiat esse,
Et nostrûm multos quæsitum pabula missos
Excipere insidijs, & tristia quæq; minari.

Rex mittit Exercitum Torpetiam versus.

Ergo mora rupta omni Rex jubet ocyus ire
800 *Torpetiam versus selectos ordine ab omni*
Sexcentos Equites, quibus Hunnorum optimus unus

Georgius Barbelius unus ex Ductoribꝰ Hungarorum.

Barbelius, longo belli celeberrimus usu
Præficitur: postquam mox fama increbuit auctum
Esse hostis numerum, & majorem his viribus esse;
805 *Mille & quingentos diverso ex agmine lectos*
Sarmatiæ, Hungaricæ, & Germanæ deniq; gentis
Rursus in auxilium Rex suggerit, agminaq; armat

Ioannes Sbarasius Palatinus Brasslaviensis.

Sbarasio Ductore, simul mandatq; jubetq;
Se reliquis jungant: optata occasio siqua
810 *Occurrat, Marte hosti congrediantur aperto,*
Atq; acie structa præsenti corde suo stent.

Post

Post noctem mediam reliquos Kirallius anteit
Bis denis stipatus equis, quibus agmina jungens
Se comitem Samuel Sborovius addidit ultrò.
Ala ducentorumq; Equitum hinc terga secuta
Barbelio ducente, comes Philipovius illi, 815
Nec non Sibricius; reliquum longo ordine at agmen
Sbarasius ducit, Moschosq; in prælia poscit.

Albertus Kirallius in silva cum hostibus dimicat.

Non procul ecce aliquot Kirallius aspicit hostes,
Inq; fugam hos vertens loca per lutulenta vagatur,
Angustasq; vias, necat hos, intercipit illos 820
Dejectos ab equis; ad pontem ut pervenit usq;
Fossa palustris ubi rara fuit arbore strata,
Exoritur Moschorum illic ad sidera clamor,
Qui sese abdiderant illa regione viarum,
Pontem ut servarent, ullis ne transitus esset. 825
Acris utrinq; fuit magna contentio voce.
Namq; hostes crebro sclopeta explodere, nostris
Majores numero, & frustra Kirallius alta
Voce vocare suos longè post terga sequentes.
Fortè errore viæ, obliquisq; ambagibus acti 830

Casus fortuitus.

Hisce superveniunt Hunni sclopeta gerentes
Quatuor, exiliunt ab equis, reliquisq; parati
Auxilio veneunt. Tandem Kirallius altum
Clamorem attollens, omnis quasi miles adesset,

Moschi fugantur.

Irruit in pontem atq; hostes dare terga coëgit.
Insidias horum at veritus jam nocte propinqua
Substitit. Ut verò pulsis Hyperione stellis
Postera lux venit: stabant in margine ripæ
Torpetij fluvij Moschorum millia multa
Structa acie, tanquam certam intentantia pugnam.

Moschi altero die ad flumen Torpetum instructa acie cernuntur.

At Germani Equites tunicæ quîs nomina rubræ
(Quorum operâ insignis bello Kurzbachius olim
Usus erat, quibus Hispanos persæpe fugabat,
Belgarum afflictis dum miles agebat in oris,
Qui tandem moriens Equitatum tradidit istum
Sabotio, & dixit: te nunc habet iste secundum)
Flumine transmisso primi fausto omine primam
Incipiunt pugnam, & sclopetis eminus actis
Disturbant aciem. Hastatum Kirallius agmen
Parte alia adversos acer direxit in hostes.
Principio ergo licet steterint tela omnia contra,
Non valuere tamen tantis se opponere turmis,
Arripiuntq; fugam: quos omnes undiq; sparsos
Insequitur miles, multos demittit & Orco
Dum fugiunt: multos captos servatq; tenetq;.
Torpetia urbs inter gesta hæc incenditur: ædes
Deflagrant, populusq; pavens fugit omnis in arcem.

Germani Equites Sclopetarij sub Sabotio militantes disturbat aciem.

Albertus Kirallius hastato agmine hostes alia parte disturbat.

Hostes fusi.

Regius hos postquam victos Exercitus hostes

Con-

Contudit, inq; fugam vertit: spolia ampla, trophæaq;
Omnis iô clamans Lucana ad castra reportat.
Gratatur, captosq; duos Rex accipit omni
E numero insignes: quorum ditissimus alter
Demetrius Cerevestinus, duce missus ab ipso
Ut Ductore sub hoc miles constantior esset:
Nanceus ast alter, qui Vilna nuper in urbe
Non Moschi Orator fuit, Explorator at idem.

Captivi duo Regi traduntur.

Hæc ad Terpetiam: procul hinc diversa geruntur.
Nam prope Smolenscum gelidasq; Boristhenis undas
Hostis major adest, horrendumq; intonat armis.
Obvius huic Philo progreditur, sed viribus impar
Mille & quingentos qui denis millibus ausus
Objicere est, animasq; in aperta pericula ferre.
Stant acies structæ, ad pugnamq; utrinq; paratæ
Ac primùm inclinat victoria prona Philoni,
Irruit, atq; virûm permultos mittit ad Orcum.
Sed tandem novies acie majore petitus,
Dum numero inferior frustra luctatur in armis,
Quotquot habet captos aspectu obtruncat in hostis,
Bis tribus amissis tormentis & redit Orsam,
Linquens palmam hosti, perpesso damna cruentum
Ferratum Regi misit Thoraca, paratum
Insigni forma, insignem qui prodidit hostem.

Philo Cmita Capitaneus Orsanensis cum Moschis ad Smolenscum congreditur.

Spolia Regi missa.

Ad-

Addidit & clavam, fuerat quæ ferreus hostis
Mallem, & vexillum hostili ex strage receptum.

Nevela diu obsessa á Palatino Polocensi se defédit.

Nevelam at quanquam longa obsidione tenebant
Castra Palatini Polocensis: non tamen illa

Situs Nevetæ.

Marte capi poterat, nec viribus expugnari.
Namq; lacu ingenti istius circundatur arcis
Pars media major; qualis, cum crescit inesse
Forma solet Lunæ: sicca pars cætera fossa.

Ioannes Bornemissa Equitum Hungarorum Capitaneus.

Mittitur auxilio mox Bornemissa recenti,
Marte potens, inq; adverso vir strenuus hoste.
Ille igitur simulac obsessam venit ad arcem,
Tormentis propiùs fossam actis alta frequenter
Mœnia dum quassat, viresq; effundit inanes,

Consilium Bornemissæ.

Consilio tandem celeri sibi subjicit arcem,
Et jubet ut tacitus tellure cuniculus ima
Ducatur, propugnaculum qui tendat ad ipsum.
Fit via sub terra, fossam rumpuntq; faces q;
Pannones incensas arcis sub pariete ponunt.

Nevelenses dedunt se Bornemissæ.

Hoc insperato casu perterritus hostis
Usum depactus vitæ se dedidit ultrò,
Suppositos ignes invita extinxit & undâ.

Rex præsidio Lucanæ arci impositoNovelam se cõfert.

Instaurata arce, & curatis undiq; rebus,
Mille & quingentos Equites, totidemq; reliquit
Rex pedites Velcoluci: Comitamq; Philonem

Præficit, eximium bello: petit inde profectus
Nevelam, atq; illic paulum subsistere gaudet,
Donec, quæ reliquas maneat sors, audiat, arces.
Restabat stagno Savolota arx condita in alto,
Et sita propter aquas turrita Oseriscia, pulcræ
Quam decorant turres, fabrefactaq; cuncta recenter.

Obseriscia dedit se Nicolao Radevilio, Palatino Vilnensi.

Hanc quia Præfectus vidit non posse teneri
Amplius, hinc atq; hinc quòd circumclusa remansit
Arcibus in reliquis quas Rex jam Marte subegit:
Ergo Palatinum Vilnensem ut conspicit ire
Agmina ducentem, florentesq; ære catervas,
Non vult stare Ducem hunc cõtra, sed dedere se vult,
Dummodò vitali queat aura & lumine vesci.
Annuit, atq; ultrò vitam Radevilius heros
Donat habere viro, & sine viribus occupat arcem.

Regni Cancellarius Savolotam contendit.

Illam autem medijs quæ fortior exstat in undis
Mox adit instructus Samoscius agmine forti.

Christophorus Comes de Rodzdrazen, Capitaneus Lancicensis, duarum turmarũ Ductor præmittitur Savolotam.

Consilio capto ad speculandam mittitur arcem
Prævius, insignis virtute & fortibus armis,
Rosdraseviadum veteri comes editus ortu
Christophorus, sequitur lentis Samoscius illum
Passibus: ad latus huic se Farensbecius addit.
Hinc Gabriel fortes ducit Bekeschius Hunnos
Sexcentos numero pedites, Equitesq; ducentos.

Christophorus de Rodzdracen Sacerdotem captũ explorat.

Dum reliquos comes anteit Rosdraſevius omnes,
En capitur Myſtes illi nigricante cucullo,
Qui Comiti poſita formidine ſponte fatetur,
Sunt quadringenti, inquit, ſeq́ arcemq́ tuentes,
Cætera turba autem promiſcua mille virorum.

Situs Savolotæ.

Arx Savolota lacu tota eſt circumflua vaſto
Quam mediam flumen liquidis interſecat undis.
Haud aditu facilis: ſtant propugnacula ubiq́:
Ripaq́ prærupto & ſpatio breviore relicta eſt.

Regni Cancellarius Savolotenſes alloquitur.

Hanc illuſtris ubi luſtrat Samoſcius arcem,
Ipſe hoſtes intus latitantes voce canora
Admonet, ut ſeſe maturè dedere diſcant,
Lucani exempli memores, cædisq́ recentis,
Ni faciant, omnes pariter ſubvertere certum eſt.

Ferox hoſtis responſum.

Quantò ergo melius ſervarint deditione
Vitam, resq́ ſuas. Reſpondent eminus illi:
Hoſtis amare quid increpitas? nil iſta moramur
Verba, minasq́ tuas: medijs habitamus in undis.
Nil tua vis faciet, tua nilq́ potentia nobis.
Quin age & hinc procul abducto cum milite abito.
Non hîc Lucanam, Savolotam hîc aſpicis arcem.

Obſidio.

Talibus auditis jubet ordine cuncta parato
Agmina circum arcem fixis conſidere ſignis:
Caſtra, dies medius calidis qua exæſtuat horis,

Tor-

Tormenta ad Solis ponit Samoſcius ortum
Et jam jamq́ magis quatitur Savolota frequenti

Savolota tormentis quatitur.

Tormentorum ictu: latet imperterritus hoſtis.
Dant animos propugnacla, & facit Inſula fortes.
Quocunq́ at mentem convertas, ſenſaq́ mentis,
Conſilium apparet nullum, niſi ponte parato
Irruere, atq́ manum ſimul ignemq́ addere tectis.
Nulla via eſt alia hoſtes expugnare latentes.

Obſidionis tempus aſperum.

Temporis aſperitas fuit hujus maxima: namq́
Scorpius infeſtæ metuendus acumine caudæ
Solem habuit, lævo contriſtans lumine cœlum,
Crebraq́ nix cecidit, pluviæq́ frequenter ortæ,
Et venti magno perflabant frigore terram.

Conſtantia militum.

His tamen in rebus duris fuit una voluntas
Militibus, mentisq́ eadem conſtantia manſit.
Pontem omnes uno ore volunt, arcemq́ ſubire.

Pons ſternitur.

Fit ratibus junctis pons, ſed brevior q́ minorq́
Quàm lacui impoſitus qui ripam attingeret arcis.
Hanc ſolam meruit fabrorum incuria culpam,
Quam nulli vidêre, fabri ſenſêre nec ipſi.
Ergo labor perijt: miles cum clade receſſit,
Cisq́ lacum in ſolita eſt ripæ pons parte revinctus.

Pons ſolutus duos Polonos ad arcem portat.

Qui ſubitò magni concuſſus turbine venti
Solvitur, atq́ duos adverſam portat ad arcis

Duorum Polonorũ egregium factum.

Sauromatas ripam; exultant hoc omine Moſchi,
Erumpuntq́ ſcaphis, pontemq́ & prendere certant
Sauromatas: tollunt hi magno pondere contos,
Ejectosq́ hoſtes ſtagnanti in flumine mergunt,
Ambo ſcaphis contrà potiuntur, ponte relicto
Ac ſalvi evadunt. Riſit Dux optimus ollis,
Collaudatq́ animos, & dignos cenſet honore.

Regni Cancellarius liberat pontem.

Ipſe hoſtes ſed enim ſclopetis ſæpe petitos
Rejicit á ponte, & pontem vi liberat ipſum.

Chriſtophorus Comes de Rodzdrazevia, Capitaneus Lanciciẽſ. duarum turmarũ Ductor ſegmento ferri ex arce miſſo & in frontem illiſo perit.

Res iſtas inter vario certamine geſtas
Chriſtophorus comes in foſſis dum forte laborem
Egregium meditans huc ora ferebat, & illuc,
Ecce ex arce volant diviſæ ſegmina glandis,
Dextrum oculum ſupra Comitisq́ illiditur unum
Allapſum ſegmen, cerebroq́ infigitur imo.
Hoc ictu cecidit, vitamq́ efflavit in auras.

Comparatio.

Ceu roſa ſæpe ſolet naſci cum lumine Solis,
Et ſolet hæc eadem cum ſole cadente perire.
Vtq́ cadunt verno proſtratæ grandine fruges;
Sic, ah ſic immaturo comes interit ævo.

Nuntium de interitu Comitis ad fratrem Hyeronimum Comitem de Radzdrazen,

O dolor, & fratri lacrymoſa hæc nuntia fama.
Huic ſimulac patulas percellit nuntius aures,
Caſtra ferant magnum quòd Rodzdraſevia luctum
Interitu Comitis, cui Parcæ parca dederunt

Fi-

Fila brevis vitæ: hac ſtupefactus imagine rerum,
Ad ſacra (volvebat quæ fortè) volumina Patrum
Pallore obriguit, qui nunc quoq́ pallor in illo eſt.
Attonitusq́ diu ſtetit, interceptaq́ vox eſt.
Vt tandem potuit fari, has dedit ore querelas.

Epiſcopum Cuiavienſem &c. Vilnam perfertur.

Propoſitio cum commiſeratione ab ætate.

Frater amabilior dulcis mihi munere vitæ,
Me, me ergo mœſtum potuiſti linquere fratrem?
Sic igitur moreris noſtræ ſpes maxima gentis?

Comparatio.

Sic cadis ante diem? Ceu flos ſuccíſus aratro
Manè perit, quem ros vicina nocte creavit.

Enumeratio annorum á pueritia trãsactorum.

Tu puer á primo teneræ lanuginis ævo
Virtutem quamvis didiciſti: Cæſaris Aula,
Gallicaq́ erudijt te multos Aula per annos,
Egregio Iuvenem ingenio, & præſtantibus auſis.
Sarmatiæ Regumq́ Aulæ velut antè probabas
Teq́ tuamq́ fidem: ſic Regi deditus iſti
Totus eras, qui jam bis Moſchos ivit in hoſtes,
Hoſtibus & victis retulit bis ampla trophæa.
Vidit Ductorem te capta Polotia vidit
Socola eximis tunc diruta fundamentis,
Teſtes vos animæ, combuſtaq́ cæſaq́ turba.

Querela plena affectuum.

At poſt tot caſus, poſt tanta pericula rerum
Num ubi Veliſſa Velcolucoq́ ſubactis
Te fratrem expecto, reduci dum gaudia multa

Præmeditor, vanas mea vota abiere per auras.
Te Germanum omnis curæ ærumnæq́ levamen
Amitto infelix: te nunc ſuſpiro, gemoq́.
Te ſupereſſe velim: tua vita dignior ætas.
Deditus utq́ ſacris ego Chriſto meq́ meumq́
Curriculum vitæ ſtatui traducere cælebs:
Sic erat ô frater ſpes te poſt Martia bella
Gaudia legitimi ſubiturum Hymenæia amoris.
Ut tibi juncta foret generoſi ſanguinis una,
Quæ tecum longos animis concordibus annos
Viveret, & pulcra faceret te prole parentem.
Parvulus atq́ aliquis tibi natus luderet Aula
Rosdraſe violus, qui te balbo ore vocaret,
Paulatim & creſcens patrem virtute referret.
His ego ſic animi curas ſolabar iniquas:
Hæc ita ſperabam: ſed ventis reddita vota
Irrita, ſpemq́ omnem tua mors mihi frater ademit.
Nunc ſine te nihil eſt mihi dulce, at vivere acerbum.
Ab inconceſſo votum. *Quàm vellem (ſi fas) crudelem abrumpere vitam:*
Morte unà ut vellem cunctos finire dolores:
Dulce mori foret, & te fratrem quærere dulce.
Dijs aliter viſum: qui te ſuper aſtra tulêre,
Me ſupereſſe volunt, donec cum venerit hora.
Te ſequar, & fratres cœlo jungamur eodem.

In-

Interea é caſtris vehitur dum triſte pheretrum,
Portaturq́ mihi, tibi manè & veſpere ſero
Vota precesq́ feram, lugubri indutus amictu. Lugubria ſigna.
Exequiasq́ tibi, ſupremaq́ juſta parabo
Et lacrymas lacrimis & luctus luctibus addam.
Talia queſtus erat: famuli toto ore trementem
Aſpiciunt, illum ſolijq́ in ſede reponunt,
Unà omnes mœſto ducunt ſuſpiria corde,
Indiciumq́ mali mutant nigredine veſtes,
Induiturq́ domus nigro intus tota colore.
Nec tu carminibus Martine tacebere noſtris Martini Vejri interitus.
Wejere: Erneſtus ſenior tibi patruus: arma
Qui docuit Iuvenem te prima ferre Iuventa.
Occidis ante diem. Hoſtilis namq́ avia ſilvæ
Dum petis, abducit te ſolum ſemita fallax
In medios hoſtes: quîs dum tu viribus impar
Congrederis, vitæ dulcis defendis & uſum,
Divdit ecce tibi frontem lunata bipennis.
Sicut meſſor agens viridanti in gramine falcem, Comparatio.
Pratáq́ demetiens florum populatur honorem,
Et ſine lege ferit flores, æquatq́ viretum,
Et modò vix genitum exorto cum Sole tenellum
Cauliculum ferro ſecat, & falce haurit adunca:
Sic miſerè eſt cæſus primis florentibus annis,

Ora-

Oraq́ adhuc prima signans intonsa juventa.
Hæc inter senior morbo correptus acuto
Wejerus Dhunæ æger decumbebat ad arcem;
Qui simulac audit perijsse ex fratre nepotem
Infando letho: Non inquit, lugeo mortem,
Sed casum tristem. felix si fata dedissent
In pugna aut acie hunc medijs occumbere telis.
O vocem egregiam, & grandævo milite dignam.
At casu miles quamvis concussus acerbo
Demittit tamen haud animum: speratq́ egressum
Fortunæ, & pontem melius cupit instaurari.
Pulsa nocte dies ubi rursum fulserat alter,
Ordine Dux jubet omnes stratum inscendere pontem,
Et monet egregijs sortem experiantur ut ausis.
Ac bene sors cecidit: superant pontemq́ lacumq́
Incolumes omnes. sed dum sub pariete miles
Missurus flammas spreto hoste licenter oberrat,
Rejicitur vi telorum, & dat terga repulsus.
Et clade haud parva afficitur. Nam casus ab hoste
Dum fugit ad pontem, sociorum accurrerat agmen
Auxilio, sic pons glomeratam utrinq́ catervam
Inq́ fuga simul inq́ occursu præpedit omnem.
Ergo scopum velut ad certum hostis dirigit ictus,
Quà globus ille virûm densum cumulaverat agmen.

1075

1080

1085

1090

1095

Ernesti VVejeri senioris vox militaris

Ponte refecto postridie oppugnario instituitur.

Miles cum clade rejicitur.

Ful-

Fulmina ab arce volant crebra. Haud secus aëre mo-
Culminibus super increpitans salit horrida grãdo. (to
Pars trajecta globis ripam arcis sanguine tingit,
Parsq́ colorat aquam & pontem rorante cruore.
Hanc post adversam sortem desistitur omni
Conatu, tenet anceps consultatio fortes
Quosq́ Duces belli: sunt qui desistere nolint:
Quiq́ velint: fertur studia in contraria miles.
Postquam ad consilium cuncti venere vocati,
Dux belli primus sic Regis nomine fatur.
Præstantes virtute viri, Martisq́ potentes,
Quos voluit mecum Rex casus ire per omnes,
Quosq́ habui fidos comites dura omnia contra,
Audite, & paucis aures advertite dictis.
Non frustrà toties undas pugnamus ad istas,
Causa subest gravis, hac quòd Rex velit arce potiri.
Namq́ lacu ex isto, ceu cernitis exsilit amnis,
Qui paulatim auctus vires acquirit eundo,
Fitq́ ingens flumen naves quod portet onustas,
Plescoviæ muros tandemq́ allabitur Urbis.
Ergo si forsan tumefacta superbia Moschi
Perstet, ut á terris Livonum cedere nolit:
Hinc via erit, qua non erit opportunior ulla,
Decursu fluvij variarum mittere rerum

Comparatio.

1100.

Consulatio post acceptã cladem.

1105

Regni Cancellarius suos belli Duces consulit.

1110

Captatio benevolentiæ.

A necessario.

1115

1120

L Bel-

Bellica ſubſidia, & quicquid vitæ exigit uſus.
Sum Ducis officio functus: fortuna ſed ipſa
Obſtitit, & lævi certavimus omine fati.
Non tamen hiſce malis frigeſcat militis ardor,
Non animi vigor intereat, nec priſtina virtus.
Mutabit fortuna vices, noſtroq́ labori
Tandem aſpirabit, vultus ſumetq́ ſerenos.
Nunc agite in medium, quod quisq́ probabile ſentit,
Conſulite, & rerum juſtas expendite cauſas.
Olli ſedato reſpondent pectore contra,
In partesq́ duas duplici ratione feruntur,
Quos inter ſenior canis notiſſimus annis
Horum qui ſuadent ſublatis cedere caſtris
Conſilium probat, & cauſis confirmat honeſtis.
O Dux egregie, & rebus ſpectate, fideq́
Magna intempeſtas, ait, inclementia cœli
Maxima, & inſtat hyems, ſumus & tot ſtragis
Paſſi, quot nulla priùs occubuere ſub arce. (acervos
Et tot equos inſignes his amiſimus oris.
Arx equidem hæc magni momenti: ultroq́ fatemur
Recluſo hoc aditu, loca pervia quæq́ futura;
Sed jacturæ hominum adverſo ſub Marte cadentum
Momenti forſan majoris. Fidere ſorti
Militis eſt: habet at ſors magnũ in tempore pondus.

1125

Regni Cancellarius cõſolatur animos militum in rebus adverſis. 1130

Ex Ducibus belli quidam ſuadent obſidionem ſolvendam, quidam oppugnationem redintegrandã. 1135

Rembovij Oratio á Circumſtantia temporis. 1140

Reſpondet ad Argumentum de neceſſitate arcis. 1145

Er-

Ergo abſiſtendum, conatuq́ ulteriore
Poſt habito caſtris cedendum hac arce remotis.
Ne verò, ne talem animo Dux concipe mentem,
Hinc quaſi diſcedas fractis inglorius armis.
Sunt tibi parta priùs jam clara trophæa: duabus
Arcibus es magnaq́ hoſtis cum clade potitus.
An nova res obſeſſa iterum diſcedere ab arce?
Dedecus hoc ullum? Turci obſedere Viennam,
Et tamen infecta re deſeruere Viennam.
Agria ſublimes quæ vertice ſurgit in auras
Reppulit hæc etiam Turcorum millia multa,
Ejus defenſor cum Bornemiſſa fuiſſet,
Milite non magno obtinuit qui fortiter arcem.
Olim ultra Herculeas extendit regna columnas
Carolus, at poſtquam obſedit Leptimq́ Metimq́,
Reppulit hunc tantum Heroëm Leptisq́ Metisq́.
Cantaber invictis tàm formidandus in armis
An rarò á Belgis adverſo eſt Marte repulſus?
Hic quoq́ qui noſtra Moſchus cum gente tot annos
Bella gerit, quoties miſſa obſidione reliquit
Revaliam, & Vendam? quoties vi pulſus ab illis
Urbibus amiſſis belli quoq́ rebus abivit?
Non tamen hic ſtatus noſtrorum formaq́ rerum.
Vicimus, atq́ duas jam Marte ſubegimus arces:

Concluſio.

Occurrit tacitæ Cogitationi. 1150

Rembovius experientia & exemplis docet tempore iniquiſſimo honeſtè poſſe ſolvi obſidionem. 1155

Enumeratio Exemplorũ. 1160

1165

1170.

Plura sequens tempus melioribus afferet auris.
Quod Reges igitur summos decuitq; Monarchas,
Dissimili casu nostro quod contigit hosti;
Id quoq; dedecori tibi erit, Dux optime, nulli.
Temporis asperitas te nunc excusat, hyemsq;:
Has hostis latebras dabit astas altera nobis.
Talia discessum suadentes voce ferebant.
At Ductor turmæ Germanæ talia contrà.
Cuncta equidem quæcunq; alij dixere, Senexq;
Vera, inquit, fateor. Sed tanti ponderis illa
Non puto, ab incepto ut jubeant desistere victos.
Acceptum quicquid damni, cladisq;, necisq;
Hactenus, id peperit rerum infelicior ordo.
At necdum torpent animosæ ad prælia vires:
Sævit adhuc miles, memori seq; excitat irâ.
Quin latebris assueti hostes fracto esse videntur
Pectore jam, pavidoq; inter se murmure fari.
Nec magno clamore fremunt, velut ante, superbi,
Nostrum reditum rursum incursumq; timentes,
Solamenq; mali media absconduntur in arce.
Concussæ turres & propugnacla fenestram
Latam in se præbent, & pervia jam loca monstrant.
Quantum ego conjicio, referes Dux optime palmam,
Tu modò sume animum oppugnatumq; ire jubeto.

1175 Clausula habens promissionem commodioris temporis.

Georgius Farensbecius Equitũ Germanorũ turmæ Ductor suadet Oppugnationem redintegrandam. 1180

A constantia militis. 1185

Ab hostium pavore.

1190. A facili & possibili.

Incitatio.

Si semel atq; iterum nobis fortuna serenos 1195
Subduxit vultus, terna vice convenit illam
Quærere, ut hanc lætis tandem inveniamus in armis.
Non semper vincent hostes, vincemus & illos
Bis jam Victores, venietq; in pectora sanguis
Militibus nostris, ardebuntq; ire per hostes, 1200
Tandem expugnata læti potiantur ut arce.
Quòd si adeo reliquis sua stat sententia fixa,
Statq; animus planè infectis discedere rebus,
Non tamen assensu sine Regis castra movere
Nos decet. Auxilio quid si Rex fortè recentes 1205
Suppeditet pedites, rebusq; occurrat egenis?
Auxilia ast hostes videant si plura venire,
Credibile est nobis sese ultrò arcemq; daturos.
Rex igitur fiat de rebus ut omnibus istis
Certior, omninò decet, atq; ante omnia par est. 1210
Hæc ita Farnsbecus: per se Samoscius ultrò
(Talia jam dudum meditans in pectore) scribit
Magnanimo Regi Nevelæ castra tenenti.
Evolat extemplo Nevelam præpete cursu
Publica qui portat gestarum nuntia rerum. 1215
Rex animo in partes dubio diducitur omnes,
Naturaq; loci munitam intelligit arcem.
Et modò perpendit frustra conamine magno

A fortunæ varietate.

Conclusio habens Emphasin, non licere neq; posse solvi obsidionem absq; Regis consensu.

Regni Cancellarius scribit ad Regem

Rex deliberat dubius.

Oppugnatam illam, modò ſævæ inſtantia Brumæ
1220 Tempora dinumerat, caſusq; examinat omnes.
Rex Cancellarij conſtantia motus mittit auxilia
Extremùm at Cancellarij conſtantia vicit,
Factaq; pollicitis ipſi ſpes maxima Regi.
Ergo Polonorum Hunnorumq; ex agmine lectos
Rex mandat Savolotam ire: implent juſſa parati
1225 Mille viri levis armaturæ: aſt ê peditatu
Quadringenti Hunni præſtantes Marte feroci.
Quorum Ductor erat Carolinius Hunnus & idem.
Regni Cancellarius acceptis auxiliis, & ponte altero effecto redintegrat oppugnationem.
Ut primùm ſocijs gemino certamine feſſis
Addiderant ſeſe miſſa auxiliaria ſigna:
1230 Ore omnes fremere, ac rurſum omnes poſcere pontem.
Ipſe boni Ducis officio hoc in turbine rerum
Fungitur, & ſeſe, & reliquos Samoſcius omnes
Extimulans, auſint tantos perferre labores,
Auſint rurſus adire, & ſpe præſumere pugnam.
1235 Ad hortatio ab honeſto.
Quin etiam multos verbis invitat amicis
Nobilitate ſatos, armis circundati ut ipſi
Pro patria vadant in duri prælia Martis,
Ite, ait, egregij Iuvenes, & ſanguine nobis
Afflictam patriam tot jam labentibus annis
1240 Reddere in antiquam formamq; ſtatumq; ſtudete.
Ite citi in pontem: data flammā: irrumpite in arcem.
Fortunati eritis, famâ ſuper æthera noti,

Et

Et veſtrum toto nomen clareſcet in orbe.
Vix bene deſierat placido Samoſcius ore,
Alacritas militum ad oppugnationem
Incendunt animos tantarum præmia laudum, 1245
Exoptantq; omnes pulcram per vulnera mortem.
Nec mora, diſponunt Farensbecius & Bekeſchus
Georgius Farensbecius & Gabriel Bekeſchius ordinant milites in ponte ad oppugnationem.
Agmina, quisq; ſuo certo ſtat in ordine miles,
Structa acie tanquam: cernens procul hoſtis ab arce
Stantia ſub ſignis geminato agmina ponte. 1250
Et timet, & ſecum turbato pectore muſſat.
Dedere mox ſuadet miles promiſcuus arcem,
Ferte moram exiguam conclamant eminus hoſtes,
Conſulimus noſtræ pariter veſtræq; ſaluti.
Audit, datq; locum precibus Samoſcius iſtis. 1255
Regni Cancellarius dat hoſtibus ſpatium deliberandi.
Ergo Duces quanquam totis conatibus ac vi
Propoſito obſtabant, dedunt reliqui tamen arcem.
Sic equidem incolumes ut conſerventur, & ire
Savolotenſes cum conditione ſe dedunt.
Sit fas in patriam, & devicta excedere terra.
Accipit hac arcem ſub conditione, Duces q; 1260
Quatuor illorum retinet Samoſcius, omnes
Inſignes armis: reliquos permittit abire.
Regni Cancellarius 23. Octob. Savolota potitur.
Atq; hinc venit honos ternæ illi gloria palmæ,
Lux quando Octobris bis dena & tertia fulſit.
Scorpius exibat Sole, atq; Sagittifer arcum 1265
Fortius intenſum cœlo monſtrabat in alto.

Poſt-

Georgius Sibricis Savolotæ præficitur.

Postquam hujus fuerat custodia credita castri
Sibricio: ad Regem hinc gressum Samoscius effert,
Nevela tandem qui castris arce remotis
1270 Rex Nevela discedit qué Regni Cancellarius sequitur. *Per silvam horrendam pastuq́ herbisq́ carentem,*
Quam ⅔ trium spatio reliqui superare dierum
Consuerunt, transit spatio Rex ipso duorum
Vectus equo celeri, & currus post terga relinquens.
Nullaq́ ei fuerant tentoria, nulla virorum
1275 *Copia, quæ Cererem paret, aut qui pocla ministret.*
Vina ferunt in equis, & pauca cibaria servi
Iam gelidæ carnis jam dudum & ab igne remotæ.
Rex laborum & adversitatum tolerantissimus. *Rex bello assuetus varios tolerare labores,*
Fœmineum putat in duris langueſcere rebus.
1280 *Turbidus Auster ubi pluvijs desævit obortis*
Interdum é ramis congestum ignobile culmen
Consulit ille boni, & viridi requiescit in herba,
Exercetq́ famem, desuescitq́ ore sitire.
Regreditur tandem, Vilnæq́ advertitur urbi,
1285 *Publica vota Deo templisq́ effundit in altis.*
Georgius Farensbecius Savolota Opociam mittuntur. *At Farenbecus Savolota missus ab arce*
Mille viris instructus abit (Tomicius illi
Cumq́ alijs jussi Strussus, Carolinius ire,
Se comites jungunt) undas scrutatur, ad urbem
1290 *Plescoviam ut tendant paulatim, ut sintq́ profundæ.*

Ve-

Venit ubi Opociam, populosam funditus urbem
Farensbecius Opociam incendio delet. *Subvertit flammis, bis sexq́ intercipit hostes.*
Cætera turba pavens vallata est arce recepta,
Pars quoq́ diffugit. Loca per deserta viasq́
Hinc redit angustas, ventis & frigore magno 1295
Farensbecius redit Vilnam. *Læsus, egestatem in silvis quoq́ passus iniquam*
Optatum tandem Vilnæ defertur ad amnem.
Quem Rex egregio laudum decoravit honore,
Rex Farensbecium Regia liberalitate dimittit. *Præmia decernens, dat gazas largus opimas*
Et dat equum siccis Arabum quem fudit in arvis 1300
Mater equa insignis. Quà terminat ungula cornu
Equus á Rege Farensbecio donatus qualis. *Atq́ pedem solidat, teritu se candida circlo*
Fascia subnectit, maculam quoq́ frons habet albam.
Cætera castanei Sonipes fert membra coloris:
Insignis sonipes quo non generosior alter, 1305
Sive velis illo adversos incurrere in hostes,
Seu celerem hinc atq́ hinc facili convertere habena.
Hoc Farensbecum egregio Rex munere donat.
Hunc etiam hospitio exceptum Samoscius ultrò
Muneribus magnis ornat. Nam Thracius illi 1310
Equus á Regni Cancellario Farensbecio donatus qualis. *Fertur equus dono, volucrem prævertere ventum*
Qui potuit cursu: orbiculi cui summa minuti
Per terga excurrunt, mista nigredine sparsus
Argillæ qualis color est, qualisq́ luporum,

Frons tenui distincta albo: juba nigricat ipsa:
Inde usq; ad caudam notat armos linea nigra.
Addidit huic etiam pretiosas munera pelles,
Qualibus ante alios prædives Moschus abundat,
Qualibus ille solet summos donare Monarchas,
Ferre sui has dederat monimentum & pignus amoris.
Ille istis donis & gazis lætus opimis
Invictum ad Regem qui Danica Regna gubernat
Carpit iter longum glacialis tempore Brumæ.
Iamdudum verò meditatur justa suprema
Fraterno cineri, nec Rosdrasevius unquam
Immemor est fratris: sed lucem & sidera mœsto
Incessit gemitu. Aëria sic ales ab ulmo
Noctes atq; dies gemitum miserabilis edit,
Et se turbatum vocat ipso carmine turtur.
Exequias ergo, & funebria debita fratri
Persolvit tandem: portatur flebile funus
Impositum curru qui panno involvitur atro.
Ordine quem juncti bis tres traxêre jugales,
Lugubri pariterq; nigro velamine tecti.
Succedit Sonipes Dominum qui ferre solebat
Præcipuiq; alij quos omni semper habebat
E numero charos, cuncti lugubria signa
Ceu vidui gestant. Quàm vellent vivere posse

1315 1320 Parensbecius á Regni Cancellario liberaliter dimissus ad Regem Daniæ proficiscitur. 1325 Hieronymus Comes de Rodzrazeau Episc. Cuiavienſis fratri peremto exequias Vilnæ peragit. 1330 Hypotypoſis 1335

Rursus herum? atq; illum medios portare per hostes?
Obstant fata fera, & mors irremeabilis obstat.
Heu miseri mœsta nequicquam fronte caballi 1340 Pathos á luctu Equorũ.
Ut caput in terram inclinant, crura ægra trahuntq;,
Ut titubant gressu, ut suspiria naribus efflant?
At memini hos nuper pugnacem attollere frontem,
Et sublime caput, gressumq; & crura tulisse
Composita ad saltum, facilesq; imitata choreas. 1345
Scilicet est etiam luctus animalibus istis:
Orba suo Domino lugent animalia bruta.
Quid mirum ergo alto fratrem concussa dolore
Corda fatigare, & justum depromere fletum?
Illum incendentem luctus solantur amici, 1350
Illustres fortesq; Duces, & nobile quotquot
Nomen habent, claraq; gerunt insignia stirpis.
Prosequitur mœsto Rex ipse hæc funera vultu.
At variæ gentes ad templi limina lugent,
Sarmata, Germanus, cumq; Ausone Gallus, Iberus, 1355
Lithvanus, junctusq; illi regione Ruthenus.
Deniq; qui socios sese profitentur Iësu Fratres societatis Iesu carmina lugubria vario idiomate foribus templi affigunt.
In templo divi Iohannis tristia mœsto
Lumina demittunt vultu, suspiriaq; imo
Corde trahunt, subit hæc miseranda voce susurrus. 1360
Hic ipsis foribus varium & miserabile carmen

Christophori Comitis de Rodzdrazeuu Capitanei Lācicien. duarū turmarum quondā Ductoris corpus in templo D. Ioannis Vilnæ sepelitur.

Inscribunt socij. fraterq; Hieronymus ista
Æde sacra fratrem defletum condit in urna,
Supremumq; Vale tumuli super aggere fatur,
Triste gemens, lacrymisq; irrorans grandibus ora.
Parietibus templi galeæ munimen ahenæ
Arma simul fuso argento fulgentia & auro
Applicat, & signū quod Ductor in agmine habebat
Hastatum infigit muro: monimenta doloris.
Exigua ingentis, charo sed debita fratri.

Arma peremti Comitis in templo suspensa.

Epiphonema

Fortunate comes; si dici vivida possunt
Carmina: si vivunt illis post funera Reges,
Tu quoq; forte meis vives Comes optime Musis.
Semper bonos, semper tua laus, nomenq; manebit,
Vlla nec hoc unquam memori lux eximet ævo.

Cōmiseratio

Raptus es heu, bustumq; tuum, tumulumq; recentem
Attonitis flet Vilna undis, flet Viliaq; amnis,
Et caput in fluvio lacrymans absondit honestum.
Ipse ego quando meas tristis mihi nuntius aures
Perculit, illisa in frontem te glande perisse,
Tempore quo Dhunæ paulum versabar ad arcem,
Pectore suspirans rorantia lumina tersi,
Et liquidis Dhunæ turbavi fletibus undas,

*Lacrymæ auctoris in versus commutantur.

Iamq; illas lacrymas hæc mœsta in carmina verto.
Multa mihi dederas propensi signa favoris,

Mi-

Militiæ ut turmas & Regia castra sequebar.
Raptus es ante diem: vivit tamen inclyta virtus,
Servat honos nomenq; tuus, laudemq; perennem,
Hæcq; in morte tua cunctis solatia restant,
Pro patria afflicta quod Martia bella secutus
Communem ob patriam communi occumbis ab hoste.
Mors tua mors dici nequit: est tibi fama superstes,
Per quam magna tui in terris discursat Imago.
Nunc quando placida compostus pace quiescis,
Te lubet affari extremùm atq; has fundere voces.
Salvete ô Cineres, & Rosdrasevia busta,
O Cineres & Rosdrasevia busta valete.

Glorioſa, honesta, & immortalis Mors.



DANIELIS HERMANNI BORVSSI STEPHANEIDOS.

Liber tertius.

POstquam res Moschi sævamq; evertere
Vindicibus visum Superis, cecidit q; superba (gentem
Arx clausa ingenti stans Velcolukia vallo;
Nuntius é castris fuerat qui missus ad hostem,
Ecce redit, secum magniq; voluminis instar.
Scripta affert Regi: longo quibus ordine Moschus
Majorum quendam Iurgum regnasse revolvit,
Qui Iorgorodum Dorpatum tempore at isto
Dictum, atq; Estones magna ditione tenebat.
Cujus post stirpem exinctam Livonidos oræ
Se probat hæredem Moschus. Sed numine Divûm
Nunc quoniam Regno arridet fortuna Polono,
Luget at econtra versis Moschovia fatis:
Communem titulum, & partem Livonidos optat:
Cætera dat Regi. Rex arma reponere sumta
Abnegat, á titulo & tota Livonide terra—
Ni tandem cedat, Livones reddat & omnes.
Atq; hæc Concilio Rex cognoscenda relinquit,
Quò simul & Moschi Legatos tendere mandat.

Ptolomæus totũ Livoniæ tractũ in tres populos distinguit: in Curetes, qui Churlandi putantur: in Livonos qui ultra flumen Dhunã latè habitant: & in Estones, qui ab una parte mari, ab altera flumine Narva, & huic admisto lacu Peibas, á tertia fluvio Einbeco ex lacu Peibas se derivante, Dorpatum & Felinũ prætereunte, & ad Pernaviã in mari se exonerante, quasi insula quadam claudũtur.

Il-

Illum indignantem interea malesuada cupido
Iussit inire novos abjecta Uxore Hymenæos,
Tristitjamq; animi renovato pellere lecto.
Namq; haud Conciliũ indixit, quo confluat omnis
Turba Ducum & Procerum, deq; ipsis consulat armis.
Convocat at tota multas ditione puellas
Aptas conjugio, & formis præstantibus auctas.
Iussa omnes faciunt (nec enim contemnere jussa
Fas Moschi) coram se per cœnacula sistunt,
Bis senos instructa toros quæ singula præbent
Pulcra modis miris, auroq; micantia & Ostro.
Ante torum sed enim stat quem libet una puella—.
Quas simulac avido Dux lumine circumspexit
Uno stipatus Sene tantum: considet alto
In solio. Varijs decorata ornatibus inde
Quæq; venit Virgo, & sperans certamine formæ
Conjugium tantum, in gremio Ducis & sua ponens
Gemmis atq; auro sudaria texta, recedit.
Harum quæ forma est pulcerrima deligit unam
Conjugio, reliquas dimissas donat abundè.
Mos Moscho, Uxorem ut quoties vult ducere, ducat:
Mos & ei, Uxorẽ ut quoties vult linquere, linquat.
Hæc ita dum varia fatorum sorte geruntur,
Turba Cosacorum Staridubum vastat, & imos

Moschus in dolore abjicit Uxorem, & novã ducit.

Consuetudo Moschi in ducenda Uxore.

Cosaci vastãt fines Moschoviæ.

Mo-

Moschorum fines: nec tu Pocepova relicta es
Tuta satis sed enim multis afflicta periclis.
Rigenses subjiciunt se Regi.
Hoc se Sarmatiæ sub tempus Riga potenti
Subdidit imperio: quam libertate potiri
Rex certa jussit, quæ publica commoda posset
Ferre ipsi Regno, privataq́ commoda ferre.
Sic salva ut maneant tanti fastigia Regni,
Salvaq́ permaneat Majestas Regia in illis.
Missi ergo quamvis Legati multa rogassent
Temporibus priscis servata, indultaq́ ab ipso
Rege Sigismundo, in quorum usu urbs ante fuisset;
Hæc tamen ut magni decus impugnantia Regni,
Non habuere locum. Cunctorum proq́ salute
Rex siquidem adversus dirum crudelior hostem
Bella gerat Regni sumtu, magnoq́ labore,
Ereptos tandem ut cunctos é faucibus hostis
Rursus in antiquam pacemq́ statumq́ reducat:
Cumq́ mari undoso florescat civica turba,
Dhunaq́ jam longè lateq́ patentior æquor
Influat, & varijs beet ipsam mercibus urbem:
Fas Regem tantorum operum quoq́ præmia ferre.
Fas etiam certos proventus reddere Regno.
Portorium Regium Rigæ
Annuit urbs tandem, geminas & cedere partes,
Ex his quæ fluvio Dhuna pelagoq́ redundant,

De-

Decrevit Regno, pars tertia manşit at urbi.
Relligionis negotium in adventũ Regis rejicitur.
At quæ Relligio Romanæ dissona in usus
Longè alios vertit, quàm priscum sanxerat ævum.
Sacratos fundos sibi templaq́ cuncta reservans,
Altiùs hæc deinceps Rex expendenda relinquit,
Victor ubi Rigam superato advenerit hoste.
His super in Regis jurarunt verba, fidemq́
Astrinxere suam longo omnes ordine cives.
Rex Comitia indicit.
Rex hinc primores Regni Proceresq́ Ducesq́
Ocyùs accitos conventum cogit in unum.
Olli convenêre. Sedet Rex optimus aureo
Altior in solio, & tantum inter prominet omnes,
Corporis atq́ animi donis, atq́ ore diserto,
Quantum sidereo Sol clarior exstat Olympo.
Consessus Senatorum.
A dextra & læva Seniorum amplissimus ordo
Cingit utrumq́ latus Patrum, quos inclyta virtus
Et gravitas ævi, & sermo prudentior ornat.
Ponè patres primos stat & undiq́ circumfusa
Maxima Nobilitas Regni insuperabile robur,
Si modò sit concors secum, & se suscitet armis.
Ut tandem in toto sunt facta silentia cœtu,
Talibus exorsus solio Rex fatur ab alto.
Regis Oratio ad Ordines Regni.
Rem nulli obscuram loquimur, nec lucis egentem
Regnicolæ magni: quia nam sententia nuper

Vestra fuit, Moschis bellum renovare cruentum,
Nec sinere arma prius quàm cunctas restituat res,
Insidijs Regno ablatas jura omnia contra.
Moschi victi & retrò pulsi — *Ivimus, & magnis fortes pugnavimus ausis.*
Ac bene habet: Superi firment omenq; secundent.
Fracti hostes tandem bello, fatisq; repulsi
Secessêre retrò, & nobis sua terga dedere.
Restat adhuc Magni sola obdurata Ducis mens,
Natura Moschi. — *Vincere qui suetus priùs omnes cedere nescit,*
Nescit & offenso contraria Numine ferri
Vota sua, & scelerum meritas se expendere pœnas.
Nec tamen in lucem egreditur, neq; prælio aperto
Rem peragit, recti tanquam sibi nullius unquam
Conscius, abducit retrò caput, & fugit arma.
Totq; animas sævæ obstrictas formidine pœnæ
Arcibus includens medio in discrimine linquit.
Ipse usq; extremas ponti glacialis ad oras
Avia per profugit, tutos quæritq; recessus.
Rex pollicetur sibi certã victoriam, — *Este ergo Proceres animis opibusq; parati*
Ire hostem contra: qui formidabilis ipsi
Antè fuit mundo: quem Regna externa ferebant
Invictum, hunc victũ mox Regna Polona videbunt.
Dent saltẽ auxilia, & dent æra, manusq; ministrent,
Hi quibus est Regni decus & Respublica curæ.

Sic

Sic bene quod cœpit bellum, bene desinet esse.
Ordines Regni promittũt Contributionem. — *Talia facundo postquam Rex edidit ore,*
Regnicolæ cuncti, quamvis insigne gravamen
Passim exhausisset miseros hinc inde colonos,
Assensêre tamen, nervumq; ad bella dedere
Visi omnes magno Regi valedicere plausu.
Præsagium Samoscij. — *Omen eum plausum dixit Samoscius esse:*
Nimirum Regem Victorem mox rediturum.
His dictis Vrovecium jubet ocyùs ire,
Nicolaus Vrovecius conscribit Equitem Polonicum. — *Progeniem ut Regni Mavortia pectora cogat,*
Præcipuos omnes, & Equestris nominis omnes.
Nec mora fit densus cunctis concursus ab oris
Belligeræ turbæ, Martisq; ad prælia natæ.
Omnibus unus amor: omnes arma, arma, loquuntur.
Comparatio. — *Utq; fremunt auræ cum venti quatuor orti,*
Quatuor é magni diversis partibus orbis
Connixi inter se certatim prælia miscent,
Silvarumq; comas, & terras turbine perflant: (æther
Murmure cuncta sonant, totus quoq; murmurat
Haud alia est facies furibundo Marte vagante
Præstantum Iuvenum, ad bellum properare volentũ.
Quisq; virûm quantum potis est accurrere certat
Magnanimo Regi, per mille pericula vitæ
Quem virtus ductum claris insignijt armis,

Bellorum ingenito totumq; implevit amore.
Hinc illum multi stimulos quibus æmula Virtus
Indidit, é Regni non tantum corpore nati,
Extranei multi ad bellum suis sumtibus accurũt
Sed quoq; longinqua procul é regione profecti
Sponte sequebantur. Nec te Rhedere pudebat
Nicolaus Rhederus.
Sleſiacas terras patriamq; relinquere dulcem.
Tuq; domo illuſtri ſate Lichtenſteine Baronum
Baro á Lichtenſtein Auſtriacus.
Auſtriacæ gentis, poſtquam te Thracia vidit,
Inde Aſiæ populi, nec non altiſſimus & mons,
In quo hauſit ſuperas Moyſes mandata per auras
Dictata ore Dei, denisq; inſcripta tabellis.
Qui Calabros, Siculos, flagrantemq; ignibus Ætnã.
Quiq; peragraſti populoſæ mœnia Romæ
Pluraq; quæ verſu nequeo comprendere Regna:
Veniſti huc etiam tot tempeſtatibus actus,
Et ſtudio Virtutum, & tanti Regis amore.
Vicetumius.
Addit ſe comitem Vicetumius, alter Achates
Qui tibi ubiq; fuit per tot diſcrimina rerum,
Perq; tot ambages terra pelagoq; emenſas.
Caſpar Minkuuiz.
Tu quoq; Minguiciæ gentis generoſa propago
Cui Caſpar fuerat conſanguinitate propinquus,
Bis Byzantini quem viderat Aula Tyranni
Pro grege Chriſtiadum, & pro Cæſare Maxmiliano
Multa perorantem facundo pectore verba:

Imberbis Iuvenis, primoq; in flore Iuventæ
Huc quoq; te confers flagrasq; cupidine belli,
Ignarus fatiq; tui ſortisq; futuræ.
Omnibus ad bellum datur ire: aſt inde redire
Non dabitur cunctis: Mors certa, incerta ſed hora,
Quoq; loco minimè credis, morieris in illo.
Tu quoq; Dhonano Fabiane é ſanguine nate,
Fabianus Burggrabius á Dhonæ.
Gallorum aſſiduis toties exercite bellis,
Hæc etiam ſequeris miles ſpontaneus arma;
Exemplo fratris, qui quondam fortibus auſis
Pro Regno atq; ipſa pugnans Livonide terra
Pernaviæ in campis tormenti concidit ictu.
Dum ſic diverſæ concurrunt undiq; gentes,
Rex in Tranſilvania Equites conſcribit.
Rex Tranſilvanas jam dudum miſit in oras,
Atq; novos iterum pedites Equitesq; coëgit
Fratris ope: hinc Grodnam mox Vilnæ tendit ad am-
At Farensbeco peregrina in Regna profecto (nem.
Farensbecius in Germaniã profectus pedites ſclopetarios cõſcribit.
Cura datur certi conducere militis agmen,
Quem belli multo edocuiſſet Cantaber uſu:
Dum Belgæ afflicti Hiſpano cum Rege tot annos
Bella gerunt, diſcunt q; cavas explodere cannas
Eminus, & longis diſtantes paſſibus hoſtes
Haud fallente globo atq; ictu proſternere certo
Edocti norunt. tales Rex optat habere.

DANIELIS HERMANNI
POEMATA MISCELLANEA

Quorum quædam antehac ſeparatim, quædam verò nuper, & nunc cum prioribus iſtis conjunctim ſunt edita.

VOTUM NUPTIALE Dño: HIERONYMO Colero Sac. Cæſ. Maj. in Camera Aulica ab Epiſtolis: & Magdalenæ præſtantis viri Matthæi Mulich Senatoris Norimbergenſis Filiæ

Novis Sponſis.

Anno 1578.

MIſurus patrios nuper Colere penates
Quando é Cæſarea ſede profectus eras:
Iſtriades Nymphæ magno gemuere dolore,
Danubius mœſtum condidit amne caput.
Pegneſus contrà læto ſeſe extulit antro,
Norica qui liquidis mœnia tranſit aquis.
Diverſos diverſa movent. Hic lætior inde,
Gaudia conjugij quòd tibi Sponſe ferat.
Triſtior hinc alter, quia quem dilexit abundè,
Huic mallet ſocij vincla parare tori.
Diſcordes natale ſolum componit: & ipſi
Colero Sponſam ſe dare jure putat.
Gratulor ergo tibi de tali Sponſe puella,
Quam decorat miris gratia multa modis.
Vivite concordes una duo vivite carne,
Sit veſter felix, & ſine lite, torus.
Quiq; olim in Cana ſacris Galilæide tædis
Affuit, is vobis Chriſtus adeſſe velit.
Scribere plura quidem volui: ſed tædifer Hymen
Non tulit, ac dixit: cætera Amoris erunt.

MUSÆ MARTI CONIUNCTÆ

ex Regijs ad captam Polotiam caſtris miſſæ Clariſſimo Viro Dño. Iacobo Monaw Vratiſlavienſi: & Suſannæ natæ in honeſtiſſima Vogtorum familia

Novis Sponſis.

AStriacis poſtquam nuper digreſſus ab oris
Vix bene contigeram patriæ confinia terræ,
Iſtula qua glaucus Gedanam præterfluit urbem:
Me ſubitò ignotas Reſpublica miſit in oras,
Dum juſtum Moſchos bellum meditatur in hoſtes
Rex Stephanus, turmasq; Equitũ peditumq; cohortes
Luſtrat, & adverſum fidens fert pectus in agmen.

Er-

Ergo iter emensus longum per inhospita lustra
Perq; viam auditam nunquam mihi, nec quoq; vi-
Per silvas ubi pagi olim agricolæq; fuerunt, (sam,
Pervenit tandem incurvi prope rura Polottæ,
Quem circum circa Rex obsidione tenebat
Iam victum & fractum nequicquã flumen agentem.
Quà stetit urbs, cinis est: injecto cominus igne
Arx quoq; aperta fuit fumans radicibus imis,
Corruitura simul: sed tandem dedita Regi
Submisit sese, vitæ servavit & usum.
Hîc primo ingressu dum propugnacla fenestram
Vulcano superante dabant via facta fuit vi,
Ora virûmq; atro vidi squalentia tabo.
Pars trabe operta fuit: pars igne absumta inimico
Hæsit adhuc ossis: dum flammam extinxit: at alter
Pariete collapso cerebri fragmenta reliquit.
Multi semineces spirabant undiq; strati,
Glans cannis expulsa cavis quos eminus ictu
Non pleno tetigit. Nec solos venit in hostes
Iste dolor: pereunt passim per compita & herbas
Quadrupedes, campiq; ingentes ossibus albent.
Sors eadem reliquas captas quoq; contigit arces,
Quas memorare foret breviori hoc tempore longum.
Tristior at longè Sokolam sustulit arcem

Exi-

Exitus. Hîc miles furijs accensus & ira
Per mediam irrupit flammam, ipsa incendia & inter
Tristia miscebat combustis prælia dextris.
Quò non auri ardor mortalia pectora cogit?
Dum nimium prædam sitiunt, inhiantq; rapinæ,
Absulit ignis edax nostrorum corpora multa.
Moschus ut incensa nostros conspexit in arce,
Nunc moriamur, ait: sed non moriamur inulti.
Sunt etiam nobis, sunt cedere nescia cuiquam
Pectora, sunt animi vitam contemnere sueti.
Sic fatus flammis densum funale coruscis
Conjicit in nostros, strictum simul & rotat ensem.
Hic pilum jacit, hic raptum de pariete tignum,
Ollasq; patinasq;, incurvatosq; lebetes,
Res epulis quondam, tunc bello & cædibus aptas.
Ille rotam, ille axem, & quicquid dabat ira, furorq;
Intentat miser. hic telis fudibusq; præustis
Stratus humi quamvis ictus minitatur inanes,
Et moritur, moriensq; alios secum injicit Orco.
Sicq; mori medio pulcrum putat hostis in hoste.
Hinc arce effusi stationem rumpere tentant,
Atq; fugam arripiunt alij, quæruntq; salutem.
Sed juga clausa fuit, tormentaq; grandinis instar
Crebra volant. nulla est mortem evitare potestas.

Heu quantæ miseris cædes fugientibus instant?
Gliscit pugna atrox, sternunturq; obvia quævis
Agmina, fœmineis resonatq; ululatibus intus
Arx ardens. clauso nam multæ in fornice matres
Dum vitam quærunt, has fumus strangulat ater.
Iamq; ignes superant. tenebrosa nocte fit aër
Lucidus, ipsa procul flammasq; Polotia vidit.
Occidit hostis atrox: domus occidit: occidit ignis.
Hic finis belli Moschorum millia multa
Occubuêre: quibus melior fortuna pepercit,
Hi ducti ad Regem manibus post terga revinctis
Ibant, & veniam pariter vitamq; rogabant.
Ipse ego cum præsens horum Spectator adessem,
Non homines rebar: sed agrestia bruta, feras q;.
Et tamen his tanta est regnandi innata libido.
At vos ô Proceres vos Primoresq; Poloni
Concilium magnis Regni de rebus agentes,
Consulite in medium, & conjunctis viribus ac vi
Nunc agite, & Regi unanimes succurrite vestro.
Bellum opportunum hoc, & fausto numine gestum,
Successusq; urgete istos, urgete laborem.
Nulla diu melior fuit hac occasio belli:
Sæpe quidem premitur speratæ gloria palmæ,
Sed justo in bello tandem bona causa triumphat.

Hos

Hos inter motus armorum interq; tumultus
Dum volat ad Regem auratis victoria pennis:
Ecce mihi venit longinquis littera ab oris
Missa novo á sponso: quem, dum per fata licebit,
Semper honoratum (sic virtus poscit) habebo.
Clare vir, atq; viros inter notissime doctos,
Monaviæ stirpis decus, & laus magna Iacobe:
Tune ille antiqua mihi consuetudine junctus
Fœdus inire paras tædæ de more jugalis?
Tenè ego præteream nota celebrare Camœna?
Non ita me docuit nostræ conjunctio vitæ.
Te novit Rhenus, Rhodanus te novit, & Ister,
Et Nicer, & Padus & cum mœsto Sequana Mosa,
Istula cum Viadro, cumq; Albi Sala refracto, (lo.
Bregela cum Mœno, & Sprea parvo mistus Have-
Quosq; referre mora est. nec opus quos dicere cūctos.
Ergo forem quanquam extremo sub cardine mundi,
Semper ubi spirant immanes turbine Cori,
Et terras, concretum & perflant frigore pontum.
Si qua tamen patulas mihi grata veniret ad aures
Fama viro á tanto, projectis pectore curis
Lætarer, faceremq; ignoto carmen in orbe.
Salve Pieridum Cultor: Sponse optime salve,
Quem decorat virtus, quem comi Gratia vultu

Ornat, & insignes vitæ promittit honores.
Te quoq; Sponsa meis jubeo salvere Camœnis,
Vogtorum celebri Susanna é sanguine nata.
Laude pudicitiæ, formaq; insignis, & annis.
Quæ tantùm luces Matronas inter honestas,
Inter nocturnos quantùm Hesperus emicat ignes.
Conjux digna viro tali: vir conjuge tali
Dignus es, & tædà rectè vos copulat ista
Auctor conjugij Deus, auctor fœderis hujus.
Par salve optatum: par sancto fœdere junctum
Quod solvat nemo: quod nulla & separet hora,
Nulla nisi é vita quæ functos evocat, hora.
Vivite felices, fœcundo crescite lecto,
Nec dirimat vestros unquam lis improba amores.
Tuq; Iacobe tuo cresce auctus sanguine, & annis
Sæpius elapsis precor ut tibi parvulus ædes
Monavius ludat, te patrem appellet, & ulnis
Infundat se sæpe tuis, tibiq; oscula portet.
Quod superest dilecte vale, salveq; Iacobe,
Hocq; tibi missum longinquis carmen ab oris
Accipe, amicitiæ ceu munus amabile nostræ.
Hoc ego non genui Aonia projectus in umbra
Carmen, inest illi nec doctæ forma Camœnæ
Ut facerem versus doctos, & nobile carmen,

Co-

Copia nulla fuit, librorum copia nulla.
Imò quòd hæc scripsi media inter prælia Martis
Pierides risêre Deæ: risitq; Cupido,
Scribentiq; manum mihi sæpe retraxit Apollo.
Ausus sum tamen has Marti conjungere Musas.
Ergo meo veniam dabis ignoscesq; labori.
Multa viatorem impediunt incommoda: vel quod
Seu pedes incedat, curru ve vehatur, equove.
Sæpe tenebrosæ sub sera crepuscula noctis
Excipit hunc durus jejuna rusticus æde,
Hospitium præbens doctis inamabile Musis.
Nec cibus ora juvans præbetur, copia potus
Qui juvet, haud semper de dulci affertur Iaccho.
Ex lupulo coctus tenuis liquor ora fatigat,
Sternitur & vili congestus stramine lectus.
Sæpe ego decubui sub cœlo stratus aperto,
Et metuens frigus radice sub arboris ignem
Extruxi, atq; aliquis me risu affatur, & inquit:
Tu quoq; disce novos, veteres dediscito somnos.
Hæc propter veniam des, atq; has Sponse Camœnas
Hospitio excipias facili. & jam cardine moto
Occlusas reclude fores, dextraq; benigna
Accipe portantem gratantia carmina Musam.
Nam pertæsa viæ tremulis & passibus hæsens

Lon-

Longius ire nequit, requiemq́ exoptat amicam.
Nunc taceat tandem, factoq́ hîc fine quieſcat.

3. DNO. IACOBO MONAVV, ET SVSANNÆ VOGTIN. S.

DUm natam é celebri Vogtorum ſtirpe Suſannam
Elyſijs ambis clare Monave jugis:
Mœonidæ accurrunt Muſæ, tædasq́ morantur,
Teq́ ſibi obſtrictum Sponſe Monave ferunt.
Iuppiter auditor cauſæ eſt: cauſam orat Appollo:
Mercurius rurſum mutuat ora reo.
Exagitat factum Phœbus, pœnamq́ reposcit:
Indignum in Muſas clamitat eſſe ſcelus.
Pernegat id Maja genitus, crimenq́ refellit.
Quin factum ſumma cum ratione probat.
Namq́ beatorum Sponſa hæc é ſedibus orta eſt:
Nil malè fit quo ſunt cuncta beata loco.
Nil quoq́ decedet Muſis. Nam ducta Suſanna eſt
Majore ut Muſas cum pietate colat.
Hæ ſæpe ingenium obtundunt, viresq́ fatigant:
Deſeſſum cur non recreet Elyſia?
Tum ſacra Muſarũ per inhoſpita rura frequentans,
Dum procul á patrijs exul oberrat agris:

Dum

Dum Salã, Rhodanumq́ bibit Rhenumq́ Padumq́,
Arnobam & Iubam dum petit, atq́ Adylam:
Dum cælo elatos Alpes miratur, & hæret
Affixæ maneant nubibus, anne Polo:
Multa tulit, fecitq́ puer, ſudavit & alſit:
Elyſio fuerant membra fovenda ſinu.
Quin ſteriles ſemper Muſæ: ſed certa Monavum
Mors manet, & Muſis quis modò ſacra feret?
Hinc ducta Elyſia eſt, ut pòſt venientibus annis
Cultores habeant templa, Deusq́ ſuos.
Talia Mercurius: placuit ſententia: moxq́
Votum conjugio quisq́ dedêre novo.
Quin data lex cœlo eſt: ut quem ſors æqua fatigat
Præſidium campis expetat Elyſijs.

DE-

4.

DE RANA ET LACERTA Succino Boruſsiaco inſitis, Diſcurſus Philoſophicus.



In Ranam & Lacertam Succino incluſas.

Antonius Quæringus Patavinus.

ARtificis fabricata manu ſimulacra latentis,
Ore loquax tacito Ranæ ſpirantis imago,
Tuq; ſub anguſto præcluſam carcere vitam
Faucibu efflantis, ſpecies miranda Lacertæ,
Dicite, quis tanto lætæ vos munere ſortis
Demeruit? fragili ut ſpolio membrisq; caducis
Exemtas rutilo Electri concluderet orbe?
Nunquid ubi in glaciem ſolidam ſe fluxilis humor
Cogeret, & gelida ponti concreſeret unda
Devinxit lento interceptas glutine caſus?

An

An potius Natura parens, ut nobile Paulo
Exprimeret donum Iaſco, primordia rerum
Miſcuit, & vivis animavit Succina formis?
Quicquid in effigiem veſtros hanc tranſtulit artus,
Fortunatæ ambæ, quibus ipſa morte perennem
Inſigni vitam licuit reparare ſepulcro.
Sed mage felices tanti quod ſede receptas
Hoſpitis, æterno vos dulcia carmina cantu
HERMANNI decorant famæ immortalis honore.

Romæ fac. Anno 1583.

DE RANA ET LACERTA Diſcurſus Philoſophicus, *ad* ILLVSTRISSIMVM DOMINVM DN. IOHANNEM DE ZAMOSCIO Regni Poloniæ Cancellarium ſupremum, & Exercituum Generalem.

INſitam in Electro Ranã, tremulamq; Lacer-
Quæ Iaſcus Gedani monimenta inſignia ſervat (tam,
Digna Monarcha aliquo, & totum memoranda per
Fert animus celebrare. Veni nũc dexter Apollo, (orbẽ,
Dum mihi naturæ canitur mirabilis ordo.

5

P Nam

Nam quis fortuitus parva ô reptilia casus
Intrare hæc quondam pellucida Succina jussit,
Has intrare domos? Facilè olim intrastis in illas,
Sed revocare gradum, superasq; evadere in auras,
Vos vetuit natura isti mira insita Naphtæ,
In qua vestra manent æternùm corpora clausa,
Quæ nec putredo absumit, nec longa vetustas:
Tantum robur inest huic Naphtæ, tantaq; Virtus.

Descriptio Ranæ Succino insitæ.

Aspicis ut stet adhuc illæso corpore Rana?
Rana gerens viridem ceu nuper nata colorem.
Ut pedibus distenta est? ut torvumq; tuetur
Lumine distorto? & saltum velut usq; minatur.
Et quasi contendit patulas exire sub auras.
Abnegat Electri massa indurata regressum.

Descriptio Lacertæ Succino insitæ.

Frusto alio exiguos tremebunda Lacerta lacertos
Nequicquam extendit, sinuatq; volumina caudæ
Tortilis, & squamæ apparent per terga minutæ;
Et parvi unguiculi: deformes pandit hiatus
Os, in agone olim luctaq; in mortis apertum,
Quando animã evomuit crebris singultibus actam:
Sanguinis hinc sparsi vestigia viva supersunt.
Heu misera, ut voluit caveam evitare futuram?
Suavis odor pinguis terræ penetrare cavernas
Impulit: hîc illam liquido implicuit q; Electro.

Vix

Vix ambas melius Cous depingat Apelles:
Viva repræsentant sic vivi membra colores.
Fœlices ambæ, atq; æterno nomine claræ,

Epiphonema pro tumulo Ranæ & Lacertæ.

Quas talis succus tumba tumulavit odora.
Nobilius nullum poterant reperire sepulcrum.
Hunc ego non dicam manare ex arbore succum,

Variæ de origine Succini Opinionis Poëtarũ, sed vanæ.

Aut maris é spuma, Heliadum lacrymisvé gelatis,
Eq; alijs causis, multorum somnia Vatum,
Quas passim memorant: majori indagine digna
Res ea, me cogit genitalis viscera terræ
Rimari, abstrusas propiusq; inquirere causas.

Terra omniũ rerum parens

Terra parens rerum quas machina continet orbis,
Intus habet varios mira ratione meatus,
In quibus arcano effingit natura labore,
Diversas specie res, & diversa creata.
Hinc tot opes, hinc effodiuntur totq; metalla:

Omnis generis metalla ex terra.

Hinc venit argentum, stannũ, plumbumq;, chalybsq;.
Quæq; referre mora est. hinc ferrum prodit & aurũ.

Petrolei origo.

Sic oleum exesa destillat nobile petra.
Sic quoq; Prussiacis quæ multa leguntur in oris

Prima opinio de Succino Prusiaco.

Succina, credibile est fluidum illa fuisse bitumen,
Tunc ubi materies stillans ab origine prima
Igne tepebat adhuc, & succo fluxit odoro.
Quem simulac mare suscepit, gelida ocyùs unda

In lapidem & concretam vertit frigore maſſam.
Quæ tandem gravitate ſua deſcendit ad imum
Æquoris. hinc illam exorti cum turbine venti
Eructat natura maris. Tunc ruſtica turba
Hamo inſtructa levi, nudataq; corpore, ſaltu
Littoribus vicina vada intrat, ſæbter & undas
Hanc haurit maſſam, rurſumq; ad littora prodit.
Nec tantum ratio, verùm experientia ipſa
Crebra docere poteſt, obſcura nocte per umbras
Sulphuream velut imis flammam exijſſe cavernis
Montoſum ad littus, miſeris Sudavisq; propinquum.
Sive ergo illa fuit projectum é viſcere terræ,
Exeſæ aut rupis vena interiore bitumen:
Seu vapor, internum deſignansq; halitus æſtum;
Communis ſenſus tamen hoc concedere cogit,
Non niſi præpinguis generari in viſcere terræ,
Multus ubi vapor, & multus calor æſtuat intus,
Materiam hancq; coquit, coctamq; extrudere certat.
Proprietas manet hinc illi: facile arripit ignem,
Et naturali attractu ſtipulam eminus haurit
Hæc ubi materies manibus tractata caleſcit.
At quòd arenoſa in tellure Electra reperta
Nonnulli referunt; in agris Germanidos oræ
Foſſa quoq; interdum: hæc precioſi muneris inſtar

For-

55 Succinum Pruſsiacum ubi & quando hauriatur.

60 Montes Sudavi in Pruſſia ſæpe exhalant vapores ſulphureos.

65

70 Proprietas Succini naturalis.

Succinũ interdum in arenoſis locis inventum, ſed non ibi genitum. 75

Fortè quis infodit belli flagrante tumultu.
Illa autẽ tumidis procul arbitror acta procellis (tus.
Ad loca, quæ quondã mare erant, nunc campus aper-
Verùm eſto; inveniasterra in Germanide Naphtã,
(Sed non invenies) quæras ſiccisq; in arenis.
Non tamen hanc guſtu, forma, virtute, colore
Æquiparare queas iſti, quam continet æquor,
Æquor in Arctois quod Pruſſos alluit oris.
Nunc ſi diſpliceat terra aut é monte cavato
Littoribus vicino tale exire bitumen,
Inde mari injectum ſolida indureſcere maſſa:
Ad fundum maris arcanas bullire ſcatebras
Pone, vel æquoreis ſub rupibus aſſere easdem,
Arcano pinguem intus Naphtam agitare calore:
Ipſis quæ tandem ebullit protruſa ſcatebris,
Et protruſa ſtatim gelidis dureſcit ab undis.
Ergo maris fundo hanc ſiquidem ſcrutamur in imo,
Alterutrum ex illis certum & verum eſſe duobus
Non ſum animi dubius. Sed qua ratione modoq;
Beſtiolæ hæc intrent pellucida Succina multæ,
Dicere difficile eſt. Si ſummis innatat undis
Naphta recens, & adhuc fluidus liquor, appetere illũ
Credibile eſt & apem, parvumq; volatile muſcam.
Littus in extremum ſin Naphtam vena rejectet,

Montes Gedanéſes inter Habum, mare, & iſtulam, olim non fuerunt. 80

Altera opinio de Succino Pruſsiaco. 85

Concluſio de Origine Succini Pruſsiaci 90

Cauſæ externæ, quomodo reptilia aliqua aut volatilia Succino oblini poſsint. 95 100

Margine in extremo glomeratur parvula quæq;
Bestiola, & tali succo oblectatur odoro.
Ast simulac venit cumulo præruptus aquæ mons,
Obruit has omnes & littore lambit ab alto.
Sic in viscosum illapsum reptile bitumen
Hæret, & inflexa raptu (velut arbitror) undæ
Materia, simili super affusove liquore,
Volvitur in præceps, cavea tumulatur & ista.
Probatio per Exempla.
Res patet exemplo. Nam quædam ingentia Naphtæ
Frusta videre licet, quibus unda includitur intus,
Huc illuc refluens: crescitq; ubi Delia, crescit
Intus aqua: haud unquam penitusq; absumitur intus.
Ergo aliquis casus succo isti fortè fluenti
Hanc infudit aquam, massæ involvitq; cavatæ.
At quòd non unda exsiccetur: res ea mira.
Succinum nõ admittit putrefactionem,
Sive quòd Electrum putredine prorsus ab omni
Immune, inclusa in sese incorrupta reservet:
Sive sit haud vulgaris aqua, at quæ forsitan hujus
Participet causam Naphtæ, arcaniq; fluoris.
Quicquid id est: certè non est sine Numine Divûm.
Hactenus externæ, per quas animalcula parva
Causæ internæ, quomodo reptilia a-
Hæc intrare queant pellucida Succina, causæ.
Sin magis arridet sententia, forsan in imis
Visceribus terræ perfectè hæc omnia nasci:

Na-

Naturam arcana statuas virtute creare
Res intus varias. Sic quando Eruca putrescit,
Papilio vernam pinnis emergit in auram,
Cumq; æstate perit. Putrefacto viscere tauri
Florilegæ nascuntur apes. Spinæ èq; medulla
Exoritur serpens, homo quando putrescit humatus.
Crabroq; fertur equi putrefacto è viscere nasci.
Sed quid in his moror exemplis? hoc occidit, illud
Exoritur rursum, unius corruptio & Entis
Alterius nova sit versa generatio forma.
Non igitur dubium, gremio telluris in imo
Esse vias aliquas, sparsasq; hinc inde cavernas,
In quibus effingit putredo animalcula parva,
Quæ loca si tangant tepidis vicina scatebris,
In quîs Naphta recens generatur, & é quibus exit,
Illam adeunt facilè, & facilè involuntur in illa,
Solamenq; mali tumulo conduntur odoro.
Tertia restat adhuc, gravis hæc & opinio restat,
Quæq; suis firmis innititur argumentis:
Fingere naturam tantùm has per Succina formas,
Cœlitus impressos, & inanes esse colores,
Quos plenum formis cœlum naturaq; fingunt.
Quotquot enim in partes massam secuêre minutas
Rem perscrutati, vestigia nulla, nec ullas

liqua aut volatilia, aliaq;, Succino infint.

Generatio varia in terra & extra terrã

Vnius corruptio est alterius Generatio.

Tertia conjectura de ijs quæ in Succino apparent.

Experimentorũ Exempla.

Rel-

Reliquias potuere ullius cernere membri.
Sed ſolidum vidêre intusq; extraq; bitumen.
Sic lapides nigri foßi in Germanide terra
Per medium diſſecti, intus (mirabile viſu)
Sæpe repræſentant nativi ſquamea piſcis
Terga: ſed hæc credunt impreſſas eſſe figuras.
Me tamen hic dubiæ torquet ſententia mentis,
Dum cruor ille intus preſſæ ſub ventre Lacertæ
Et viſus fluere, & ſeſe hinc atq; inde movere:
Apparetq; intus ſpatium reſtare fluoris.
Sic & aqua in medio Electro quæ fluctuat intus,
Efficit ut dubius ſenſa in contraria ducar.
Quid ſi ea ſit Naphtæ (neq; enim vis illius omnis
Nota ſat eſt) virtus? ut dum calet, atq; prehendit
Beſtiolas tales, ceu Sol tenuiſſima quæq;
Atq; atomos tranſit: ſic ſe transfundat in illas
Arcana virtute ſua, arcanoq; calore:
Transmutetq;, poteſt quicquid putredine obire,
Ac tantum reſtet de corpore inanis Imago.
Cætera at in ſolidum converſa abeant Electrum.
In nova mutatas ſic ducunt corpora formas.
Sic quoq; quando olim cœleſti Numine læſo
Totus erat mundus vaſtis ſubmerſus in undis,
In tanto pelago, tantoq; in turbine aquarum

In fodinis metallicis Miſnenſibus reperiuntur lapides qui diſſecti repræſentant genuinâ piſcium figuram

Quæſtio de transformatione unius ſubſtantiæ in aliam, forma manente.

Quæſtio de Diluvio & Submerſione totius mundi.

Cum

Cum foret haud aliud viſum niſi pontus & aër
Credibile eſt montes, cum montibus oppida & arces
Sede fuiſſe ſua motas ſurſum, atq; deorſum.
Atq; ita congeries rerum revoluta remanſit,
Ad quem pulſa locum fuit: & ſic credere fas eſt,
Diſjectos inter montes & ſaxa, & arenas,
Colliſum piſcem lapidi impreſſiſſe figuram,
Inq; aliud corpus forma tranſiſſe manente.
Sic ſita Ruſſiacis peramœna Leopolis oris
Non procul á ſeſe effoſſa tellure repertas
Vidit ſæpe ollas, patinas, curvosq; lebetes,
Arte velut figuli factos. Argilla ſed olim
Quæ fuit, in lapidis naturam verſa putatur.
Aut ergo hæc rerum genitrix Natura creavit,
Aut Chaos æquoreum terra contexit operta,
Quæ quondam fuerant hominum collecta ſupellex.
Inſita ſunt ſed enim gremio telluris in imo
Omnia, quæ mundi diverſus poſtulat uſus.
Diverſo at cœli tractu diverſa creantur.
Sic quoq; dum vallo Zamoſcia cingitur alto,
Res mira effoſſa triplicem tellure videri
Materiem, Calcis, Saxi, Argillæq; tenacis,
Quæ tria ſubſequitur tandem fundo unda ſub imo.
Quatuor his á ſe ſecretis arte magiſtra,

Circa Leopolim in Ruſsia multa reperiuntur in terra quaſi arte facta.

Diverſus Regionum tractus diverſa generat.

Conſtitutio terræ Zamoſcianæ.

Æter-

Æternum & magni monimentum insigne laboris
Surget, eritq́ suis murus circumfluus undis.
Hoc opus in patrijs Zamoscius erigit oris,
Nulla dies unquam memori quod supprimet ævo.

Scatebræ quædam Vngaricæ transmutant ferrũ in Cuprum.

Quin etiam nostro fama est memorabilis ævo.
Pannoniæ in terris undas exstare scatentes,
In quibus intinctum ferrum, stannumq́ repentè
Vertitur in Cupri naturam: fit quoq́ Cuprum.
Atq́ hîc materiæ simul & conversio formæ est.

Ranæ & Lacertæ transmutatio in verum Succinũ forma manente.

Et quid adhuc obstat cur non ego Succina credam
Vi quadam arcana rem transmutare prehensam
In sese? inq́ sui naturam glutinis, ipsa
Forma haud mutata? Sic Rana accessit ut olim
Succosæ scatebræ vetitum temeraria ad antrum,
Fortè superfuso correpta bitumine inhæsit,
Versaq́ in Electrum est: ac tantùm forma remansit,
Et nihil é Rana nisi posthuma restat imago.
Illa tamen tumulo hoc simulat se vivere odoro,
Distorquetq́ oculos, atq́ ora loquacia, guttur,
Sufflat hians, ventrem gradiendo portat obæsum,
Et conatur adhuc (sed frustra) exire sub auras.
Naphta vetat: vetat ipsa rei conversio facta.

De Rana & Lacerta una eademq́ opinio.

Atq́ hæc Electri de Rana, deq́ Lacerta:
Nam quæ sunt Ranæ, sunt hæc quoq́ scripta Lacertæ.

Ani-

Ambarum est eadem ratio: ambas res habet una.
Una materia, & Naphta tumulantur eadem.
Sed quia consensit Scriptorum nemo priorum,
Tantaq́ naturæ arcana indiscussa videmus,

Disputatio de Rana & Lacerta Academicorũ more instituta.

Et certant Physici, & palmam tulit antea nemo:
In medio hæc alijs quoq́ discutienda relinquam.
Non secus ac nil decidens Academicus auctor
Invenit, & dubitat, cuncta & suspensa relinquit.
Bestiolæ viles, generatio putrida, & inter

Apostrophe ad Ranam & Lacertam.

Omnia quæ reptant, vilissima, quas mihi grates
Reddetis rursum? dum vos vestrumq́ sepulcrum
Carmine vivaci ventura ad secula mitto?
Non ego dona peto: nec enim dare dona potestis:
Res faciles, justasq́ aliquas rogo. Tangite nunquam

Petitio á Ranis.

Meq́ measq́ domos: hortum mihi linquite totum
Immunem á vobis: piscinis, fontibus, undis
Vos excludo meis: procul hinc discedite Ranæ.
Limitibus vestris contentæ estote, paludes

Ranarum natura.

Intrate, inq́ lacus limosos, inq́ palustres
Ite catervatim Cannas: stridentibus aptæ
Sunt Ranis cannæ. Quod si quis forsitan exstet,
Qui sinuans sese tremulæ de more Lacertæ
Serpit in obliquum, atq́ á tergo sibila stringit
Ora, bonos contra, nil quicquam tale merentes:

Aut ſtruit inſidias, occultatq́ ore venenum,
Aut Marte inſignes, & claros arte remordet:
Certatim hunc contra glomeratæ inſurgite Ranæ,
Atq́ hoſtem talem veſtra proſternite pugna.
Sunt vobis animi, ſunt labra minantia labris,
Morſibus os, ungues canibus carpentibus apti.
Ariſtophanis Ranæ. Homeri pugna Ranarum.
Teſtis Ariſtophanes Scriptor Comœdus, & ipſe
Mæonides teſtis, cecinit qui prælia veſtra.
Injicite arma humeris: galea caput, at latus enſe
Cingite, deinde ocreis cochleatis addite calcar,
Unaq́ in alterius tergo portata equitate. (dextra,
Tum læva Clypeum, & longam haſtam intendite
Pandite ſtridula labra, reſolvite garrula & ora,
Inq́ pares vobis paribus conſurgite linguis:
Et ſtridetis enim Ranæ, & garrire poteſtis.
At pietate graves, expertos Martis & artis,
Aonijq́ chori ſtudioſos linquite coetus.
Sic unam é vobis Electro contumulatam
Qui cecini Ranam, & celebravi talc ſepulcrum,
Quale ſolet toto reperiri rariùs orbe,
Virtutem Electri paucis quoq́ verſibus addam.
Virtutes Succini.
Maxima in Electro virtus eſt inſita, visq́.
Oleum Succini Catharroſis & vertiginoſis utile.
Namq́ oleum ex iſto ſtillatur nobile ſucco,
Auxilium varijs morbis, medicinaq́ præſens.

Si

Si te diſcruciant gelidi ſine fine catharri,
Illine gutta olei caput alto in vertice, ſiſtet
Paulatim exſicans, fluxus abſumet & iſtos.
Sic Sachari rotulis de ſimplice more paratis
Rotulæ Sachari cum Succini Oleo
Si ternæ (neq́ enim Sachari plus libra requirit)
Guttæ inſpergantur, permultum roboris addunt
Languidulo cerebro. Vertigo crebra rotatum
Cui caput infeſtat, rotulis ſe recreet iſtis.
Diſcutiunt etenim, incidunt, flatusq́ repellunt.
Atq́ vetant ne quid poſſit putredo nocere
Viſceribus naturæ internis, ſpiritibusq́.
Quod ſi ipſam accendas maſſam, fumumq́ ſuavem
Fumus Succini accenſi Obſtructionibus Cerebri utilis.
Naribus excipias, aperiri crede meatus
Obſtructi cerebri. Maſſa contuſus ab iſta
Pulvis Succini prægnantibus mulieribus conducibilis.
Pulvis, & epotus gravidis inſigne levamen
Matribus eſſe ſolet, nam partum promovet ipſum.
Sunt plures laudes Succi hujus, pluraq́ dona,
Quæ nunc prætereo, & Medicis referenda relinquo.
Hæc ego dum veni populoſam nuper in urbem
Cracoviam, bifido quam præterit Iſtula flexu,
Indicio alterius ſalvo, excudenda putavi.
Apoſtrophe ad excitanda ingenia, ut de cauſis Salis fodinarũ Cravienſiũ natu-
Nunc vos ingenua præſtantes arte Polonos
Quîs amor eſt patriæ quibus otia pluraq́ reſtant,
Quàm mihi, qui varias huc illuc mittor in oras;

ralibꝰ disquirant.

Invito, ut rerum occasus scrutemini & ortus,
Cur sale concreti Velicenses undiq; montes
Tam longo tractu, & vasto pandantur hiatu?
Dum sal tot seclis homines rimantur, & orbem
Salis fodinæ Cracovienses miraculosæ.
Penè novum ædificant, suffosso monte, minorem:
Nec finem inveniunt. Tanto se robore miscet
Spiritus intus agens, naturaq; alma facultas.
Majestas veneranda loco: vix grandius exstat
Mundo miraclum, cœlesti numine plenum.

STEPHANO I. REGI POLONIAE

Maximo, sapientissimo, fortissimo immatura morte peremto

Communis Reipub. lacrymæ

ad

ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM

ac Dominum Dnm. SIGISMUNDUM Bathor de Somlio, VVoywodam Transilvaniæ, & Siculorum Comitem.

Sic igitur nuper moreris fortissime Regum
Rex Stephane, atq; tua nos fractos morte relinquis
Communi in luctu? Te luget lumine cassum
Candida Relligio canos lacerata capillos.

Par-

Parte alia Regni Proceres, & Marte potentes,
Illustresq; Duces Lithvano sanguine creti,
Militiæ Ductor Regno generalis in amplo,
Qui Pskovam hyberna fractam obsidione coëgit
Quærere quæsitam á Moscho non antea pacem,
Vir bene de Regno meritus, patriæq; salute,
Attonitis stant muti animis, linguisq; fatiscunt:
Diviniq; vident præsentem Numinis iram.
Tu verò ante alios ô Illustrissime Princeps
Cui Siculi populi, cui Transilvania luctu
Aggemit, heu quantum versas sub pectore vulnus?
Antè quòd amisso Patre Patruus occidit ille,
Cui virtute parem vix secula multa tulerunt.
Macte animo Princeps, donisq; illustribus aucte,
Disce ex ambobus virtutem, disce laborem,
Fortunamq; simul: sic te tua fata beatum
Innumeris donis magna inter præmia ducent.
Cumq; tibi quondam matura adoleverit ætas,
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum
Et Pater ipse tuus, Patruusq; exsuscitet ille
Rex Stephanus, quem mens præcelsa atq; inclyta Virtus
Sublimem geminis in cœlum evexerat alis.
Quid lacrymas toties tristes effundis in auras?
Et frustra incusas nolentes parcere Parcas?

Po-

Pone modum lacrymis: Vivit post funera virtus:
Regis & hæc tanti mors immortalis habenda est.
Fraternis lacrymis lacrymas Soror addit obortas,
Excrucians sese fletu Gryseldis amaro:
Fœmina juncta toro Samoscij: Fœmina multis
Ornata ingenij donis: Cui sermo Latinus,
Cui fluit ore lepos, & doctæ copia linguæ.
Cui micat in facie virtus: ceu luce reflexa
Insita in aurato scintillat gemma monili.
Illa tot egregijs facies virtutibus aucta
Corripitur luctu, & tristi velamine sumto
Suspirat, guttisq; humectat grandibus ora.
Sic igitur moreris Rex ô fortissime Regum?
Occidis ah, corpusq; tuum, atq; exangue cadaver
Mars dolet, & posita bellax dolet ægide Pallas.
Cuncta trahunt gemitus: resonat plangoribus æther
Diversis hominum. Nec solos tangit acerbus
Hic homines dolor. at passim per lustra, per arva
Insignes & Equi mœrent, & odora canum vis,
Cum Rege in silvis venari assueta, ferasq;
Immanes excire, suoq; obvertere Regi.
Heu misera illa canum turba ut jacet, ut suspirat?
Scilicet est etiam luctus animalibus istis:
Orba suo Domino lugent animalia quæq;.

Qua-

Qualis erat planctus obsessæ ad mœnia Trojæ,
Cum patriæ murus pereuntis aheneus Hector
A forti fortis caderet superatus Achille:
Talis hic est casus mœroris plenus acerbi,
His rebus dubijs, hocq; in certamine mundi,
Victus ab invicta invictus dum morte cadit Rex.
Sic ah sic homines dubia defungimur hora:
Sic spe decidimus nostra: & Mors falce recidit
Nos & spem nostram. Ceu prata per herbida messor
Manè secat florem, quem ros sub nocte creavit.
Spes erat, ô nulli Regum virtute secunde
Rex Stephane, hac mundi extrema languente senecta
Si tibi mansissent longævæ tempora vitæ,
Europæ atq; Asiæ fines te fortibus armis
Longè extensurum. Livones vincere suetum,
Totq; alios populos subigentem sub sua Regna,
Una victisti dirum trieteride Moschum.
Ismahele sati, atq; Agarenæ stirpis origo
Virtutes timuere tuas. Iustissimus unus
Rex etenim fueras, & servantissimus æqui.
Ipsa tibi pietas & vultu & pectore fulsit,
Magnum animi robur fortiq; in corde vigebat.
Rex quoq; Iuris amans atq; in commune laborans,
Dites atq; inopes nullo discrimine habebas.

Ac velut ingenium fuerat tibi ad omnia promtum,
Sic etiam vatem noras præcepta dedisse
Regibus Andiaden, ut quovis tempore scirent
Parcere subjectis, & debellare superbos.
Hæ tantæ dotes, virtutum munera tanta
Quàm subitò vacuas incassum abiere sub auras?
Gluma velut, ventis lusus pulviculus, & nil.
Heu pietas, heu prisca fides, & Regia virtus,
Laudibus ac æquanda polo; Bekeschius olim
Obliqua invidia, stimulis quòd & actus iniquis,
Ausus erat contra te moto insurgere bello.
Tu tamen hunc victum, tu bis dare terga coactum
Sanus ubi in sese cœpit descendere tandem
Erigis ad summum, magnoq; in honore reponis.
At quando in geminas distracta Electio partes
Esset, & ambiguum sensa in contraria Regnum
Divisis iret studijs: tu sede potitus
Sarmatiæ Regni, tibi dantes seq; fidemq;
Accipis in gremium: quibus at sententia menti
Longiùs immotæ stetit, hos quoq; Marte reducis
Rursus ad officium. Tibi Landiscrona subacta
Succubuit, viditq; gravem Dirsavia cladem:
Damnaq; adhuc queritur restantia civicus ordo.
Istula nec fuerat damnorum immunis eorum,

In mare quà labens Motlavas exipit undas.
Donec amor populi subjecti, splendor & urbis
(Invidiam á tergo cui sidera ferre dederunt)
Mensq; ignara mali, constans, virtusq; fidesq;,
Non obdurata, at submissa mente rogando
Sic te Rex vicere, offensæ oblitus ut omnis,
Pronus & in veniam, sua jussos Iura tenere
Rursus in optata Gedanenses pace locares,
Antiqua & sineres hos libertate potiri.
Hæc equidem magna est, & verè Regia virtus:
Bis vincit, motus animi qui vincere vovit.
Ergo Magistratũ quisquis fers, sis memor horum,
Subq; Magistratu quicunq; es, sis memor horum.
Nam neq; laus Domini est ubi refrenare feroces
Nescit, & econtra laxis ubi sævit habenis.
Nec bene res geritur cum cedere cogitur æquum,
Atq; malè opponit sese, qui jussa Deorum
Iustitiæq; viam seductus spernit apertam.
Nec vero inflatis Pæana intendite buccis,
Vos quibus ex casu hoc sperata occasio surgit.
Haud etenim moritur Majestas Regia, Regnum
Vivit adhuc, vivit Rex Regno semper in isto.
Quod si Publica res, leges, & Iura ministrat
Omnibus ex æquo, tandem bona causa triumphat.

Ad corpus redeo, Regisq; exsanguia membra:
Quæ quibus amplectar manibus? quove oscular ore?
Carmine quo celebrem? vel quæ funebria solvam?
Non video. In rebus mœstis facundia rara est.
Tristis amat latebras, & flere est sola voluptas.
Flere voluptatis nunc est: Sic flemus ab ortu
Solis ad occasum: nec fletu absistere possunt
Præstantes virtute viri, qui seria Regis
Iussa sui peragunt: coëunt qua parte fluenta
Et Mussa & Dhuna, vastum maris æquor & in-
Corde vir infracto, canis insignis & annis (trant
Pectore suspirans gemitum Voleminscius edit.
Sic Pekoslavius virtutum dotibus auctus
Egregijs, quem Mars, Pallasq; enutrijt, & Rex
Cui favit, clemensq; dedit tot castra tenere
Pro meritis, mœsto ingeminans suspiria corde
Triste gemit, salsoq; genas rigat imbre madentes.
Sic Farensbecus teneris assuetus ab annis
Bella sequi, Regisq; fuit qui bella secutus
Fractum usq; ad Moschum: Rex in Livonide terra
Munera cui quoq; ferre dedit, nunc fletq; doletq;.
Inter Livones qui multis vixit ab annis
Militiaq; sibi laudemq; decusq; paravit,
Stat quoq; Matthias mœsto Dembinscius ore.

Per

Per mare, per scopulos, adituq; carentia saxa
Qui varias gentes tot vidit & extera Regna,
Hîc quoq; nunc mœret lacrymante Penunsius ore,
Ordo Mauritij cruce quem signavit, & armis,
Quo reliquos inter non est antiquior ordo.
Indolet & Lenkus Novogrodcam qui tenet arcem:
Lenkus Equûm Ductor. Dolet Orzechovius, arte
Marte simulq; valens, puerum quem Musa per ar-
Ingenuas ductum Marti dedit erudiendum. (tes
Tu quoq; Stabrovi, Castrum Treidense tenere
Pluraq; qui gaudes, ob raptum tristia Regem
Fers signa in vultu, & raris vix vocibus hiscis.
Isti omnes, pluresq; alij quos vivida virtus
Non sinit (ipsa licet Regis mors incidit atra)
Linquere opus cœptum, summis conatibus ac vi
Unanimes opere in medio sudant q; gemunt q;.
Longum omnes memorare foret: vix angulus ullus
Restat, ubi non sint fletus, suspiria, mœror.
At Regina homines ex æquo quæ regit omnes
IUSTITIA ut nigro velata incedit amictu?
Ut titubat gressu? ut singultibus ora resolvit?
Pauperibus stipata, inopem miseratq; turbam.
Iamq; fori in strepitu causas audire recusat:
Nec cohibet fletus, quia nil nisi flebile cernit.

Occidit ab justi Cultor, rectiq́, pijq́.
Occidit ab inopum tutela, columna, patronus.
Hei mihi qualis erat Rex? quam diversus ab illis
Omnibus, Aonias qui non coluêre Camœnas?
Fautor eras Charitum: Musis alimentaq́ larga
Præbebas, quæ semper erat tibi maxima cura,
Indeusq́ à primo susceptilimine Regni.
Ergo tibi Charites Musarum & Præses Apollo
Æternis aderunt studijs, tua gesta, tuumq́
Nomen in astra ferent, mansuraq́ carmina scribent.
Tu mihi, pro Gedano diversa negotia tractans
Tempore quòd belli quòd gratæ tempore pacis
Hic illic comes assiduus versarer in Aula,
Atq́ tua heroo scripsissem gesta cothurno,
Pronus eras, largusq́ simul: benefacta dedisti
Certa mihi, quæ possideo: majora dedisses,
Parca pepercisset si vitæ abrumpere fila.
Pro quibus his in me meritis, dum vita manebit
Gratus ero: nec me ventura redarguet ætas
Immemorem Regis: ceu vivum in corde ferebam,
Sic umbram extincti gestabo in pectore vivam.
Et mea notescet toto Stephaneis in Orbe,
Quando opus hoc multis bene maturescet ab annis.
Forsan eritq́ aliquis cujus pro tempore nummus,

For-

Forma vel exstabit, circlo conclusa rotundo,
Quæ faciem, vivos Regis quæq́ exprimat artus,
Quos circum hi versus, vel circli inscriptio talis.
Sarmatiæ Stephanus Rex parvo clauditur orbe,
Qui magnum complet famâ & virtutibus orbem.
Hæc ego arenosas Dhunæ meditabar ad undas,
Miles ut in rigidis fossas ducebat arenis
Robora palorum attollens, atq́ ordine figens,
Numinis offensi monimenta in littore jacta.
Regis ego hîc morte & casu perculsus iniquo
Mente steti attonita, & rorantia lumina tersi.
Iamq́ illas lacrymas hæc mœsta in carmina verti.
At vos ô Proceres vos Primoresq́ Poloni,
Concilium magnis Regni de rebus habentes,
Consulite in medium, viduoq́ huic jungite Regno
Regem aliquem multis virtutum dotibus auctum,
Justitiaq́ gravem, bellorumq́ usibus aptum.
Non deerit robur: magnum fert omnia Regnum
Sunt illi vires, bellisq́ assueta Iuventus.
Quod si alma in tanto exstabit Concordia Regno
Non erit ambiguus tanti certaminis Hæres.
Sed quia fata regunt orbem, & fataliter omnes
E cœlo dantur Reges, quicunq́ erit, ille
Rex erit, aut dextri, aut lævi datus omine fati,

Dex-

Dextrum omen ſed enim toto omnes corde precemur.
Quod ſupereſt atro Vates velamine tectus
Flebile tempus agam triſtis, ſemotus ab omni
Cœtu hominum, ad ſilvas denſas, & luſtra ferarum
Regrediens, quà Kuyaundis ſe miſcit Oveſti
Irriguis, recreatq; meos ſtrepitante ſuſurro
Agricolas: illic & luce & nocte vocabo
Magnanimum triſti ſublatum funere Regem,
Et lacrymas lacrymis, & luctus luctibus addam.

FRIDERICO GEORGIO.

MAGNIFICI ET GENEROSI Domini Georgij Farensbeci, hæredis in Karkhus, Præſidis Vendenſis, & ſereniſs. Poloniæ Regis Equitum Livonicorum Præfecti, FILIOLO:

QUI IMMATURA MORTE PERIIT

Anno 1586. die 14 Februarij, quinto die poſt filiolum alterum eidem Dño. Farensbeco recens natum, in arce Neoburgenſi,

MONIMENTVM.

NAte Farensbeco, Friderice George, parente,
Editus in lucem quando puſillus eras:
Mars erat in ſummo poſitus tibi culmine cœli;
Sic ſoboles Martis clara futurus eras.
Parcarum invidia at quarto te ſuſtulit anno,
Cum jam virtutis plurima ſigna dares.
Corpus erat teneris puero robuſtius annis:
Ore venuſtus eras, corde animoſus eras.
Rex Stephanus Victor parta Livonide terra
Quando tuo Patri munera ferre dedit:
Natus in Oſilia es Patri dulciſsimus hæres,
Oſilia exutus mox Pater ipſe fuit.
Triſtia ſic lætis miſcentur. Sic puer alter
Naſcitur ut Patri, tu Friderice peris.
Te tulit Oſilia, eripuit Neoburgica tellus:
Karkhuſium, Regis munus, at oſſa tenet.
Teſtantur patriæ lacrymæ, & mens plena doloris,
Quanta tuo de te ſpes ſit ademta Patri.

LACRIMAE.

AD TVMVLVM GENEROSI AC

Strenui Domini Staniſlai Pekoſlawski, quondam Sendomirienſis & Marieburgenſis in Livonia &c. Capitanei, immatura morte ſublati.

PVlvis ut in vacuas vento diſploditur auras,
Vt levis in nihilum gluma redacta perit:
Sic homo decurſæ claudit ludibria vitæ,
Seu brevis illa fuit, ſeu diuturna fuit.
Sole oriente oritur roſa ſæpe, cadente viciſsim
Sole perit: qui ſtat manè homo, nocte cadit.
Vidi ego manè homines media inter gaudia lætos,
Et vidi hos ſero veſpere ſæpe mori.
Occidis ah viridi ſic Staniſlaë ſub ævo,
Candida ceu primo lilia Vere cadunt.
Non tamen occumbis totus: tua fama ſuperſtes
Reſtat adhuc, reſtat gloria, nomen, honos.
Te Magnus Stephanus virtutem propter amabat,
Propenſusq; tibi Rex Sigimundus erat.
Militiæ teneris tu caſtra ſecutus ab annis,
Ingenio dives, pectore miles eras.
Diverſo notum bello te Tartarus hoſtis,
Moſchus, & arx Piltæ, & pugna Bicina ſciunt.

PA-

PANEGYRIS

IN CORONATIONEM SERENISS:

Principis ac Domini, Dñi: Sigismundi tertij, Regis Poloniæ, & deſignati Sueciæ, Magni Ducis Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſſoviæ, Samogitiæ, Kyoviæ, Volhiniæ, Podlachiæ,

Livoniæ &c. Principis.

ad

SERENISSIMVM AC POtentiſs: Principem ac Dominum: Dnm: Ioannem tertium Suecorum, Gotthorum, Vandalorumq; Regem, Magnum Principem Finlandiæ, Careliæ, VVotſchoviæ, & Ingriæ Ruthenorum, Eſtoniæq; Livonum Ducem, Dominum Dñm. ſuum clementiſsimum.

MAgnanimi Heroës, quos clara Polonia forti
Marte ſatos genuit, vel quos Lithvania magna
Protulit inſignes virtute, & fortibus auſis,
Quando coronatis Sigimundum hoc tempore Regem,
Non ulli Regem virtutum laude ſecundum:
Nunc agite, atq; meis animos advertite dictis.

Sat turbarum huc usq; fuit, sat flevimus omnes
Nuper, ut é vivis cedens humana reliquit
Rex ille heu Stephanos, quo nec sapientior alter,
Nec gravior pietate fuit, nec fortior armis.
Ponere nunc fletum fas est: nunc gaudia rursus
Ingeminare decet plausumq; attollere cœlo.
Nam quis te Iuvenum fortunatissime Regnum
Iussit adire istud? Non huc te casus adegit
Fortuitus Sigimunde: haud hæc sine numine Divûm
Eveniunt: currit fati immutabilis ordo
Rebus in humanis. Si fatum vincere posset
Ingenij humani vis, sive potentia mundi:
Tu priùs é Sueonum scopulis quàm vela dedisses,
Iam Regnum hoc alius tenuisset Marte, vel arte.
Impedijt fatum, & fato prudentia major:
Quæ tantum reliquas virtutes anteit omnes,
Inter nocturnos quantùm Hesperus emicat ignes.
Ergo quòd in tantum turbato hoc tempore Regnum,
Per mare, per scopulos, adversis flantibus auris
Venisti tandem, tuaq; expectata popello
Vicit iter durum Virtus: hæc sic fore, dudum
In tabula fati, quæ cœlum est, scripta fuere.
Vanæ igitur vires humanæ, atq; irritus omnis
Est labor, é cœlo nisi detur desuper alto

Con-

Consilium rectum. Ceu centro immobilis hæret
Terra, super solidæ nitens fundamina molis,
Aëre dependens, nec partem inclinat in ullam,
Ponderibus stabilita suis: Sic mens sibi recti
Conscia, virtute atq; immoto corde suo stat:
Resq; suas firmat, non ullo turbine mota.
Nitimur incassum cuncti, qui numina contra
Imus, in adversas viresq; effundimus auras.
Non secus ac duo si confligant cominus hostes,
Secum habet & ventũ alter, contra seq; habet alter,
Ambo sua intentant connixis viribus arma,
Emissisq; globis imitantur fulmen Olympi;
Infelix, contra ventos qui pugnat, & igne
Tormenta explodit. Nam flamma reciproca in ipsum
Versa redit, fumoq; ingenti involvit eundem.
Ille stat, & neq; jam sese, neq; cernit & hostes,
Sulphurea implicitus nebula: cadit, aut fugit ille.
Alter habens ventos secum, se suscitat ira
Fervidus, atq; globis fugientes trajicit hostes.
Quadrupedansq; ruit medijs Equitatus in arvis.
Conctorum hic status est, qui contra Numina pug-
Atq; aliquid Superis invitis quærere tentant. (nant,
Sic quondam é cœlo detrusit Iuppiter alto
Anguipedum vires, immaniaq; arma Gigantum,

Vincere dum Superos moliti montibus altis
Imposuere altos montes: nempe Ossan Olympo
Peleon hinc Ossæ, qui vertice tangeret astra.
Salve igitur Princeps fatis electe secundis,
Sidera cui cœlo fulserunt fausta sereno
Varsaviæ in campis. Nec pulcrius exstitit ullum
Tempus eo solo, quo consultatio de te
Multa fuit: tepidi soles sine nube fuerunt,
Altior in forti Sol vectus erat q; Leone,
Luna q; splendebat completo clarior orbe.
Ante autem & post electum te, cuncta fuerunt
Nubila. Pugnabat pro te Rege arduus æther:
Zodiaci in circlo Geminos cum Phœbus adisset,
Hinc cava siderei pressisset brachia cancri:
Ne Gemini in cœlo (geminata licentia nam q;
Causa mali multi est) & cancer morbus edens se,
Hanc patriam, & quodcunq; boni nunc floret in illa,
Turbarent fœdè totum q; á sedibus imis
Miscerent Regnum, tot ab hostibus undiq; septum.
Hinc furor ille fuit Geminorum, hinc concava Can-
Brachia cum ventis pluvias q; imbres q; ciebant. (cri
Successit tandem Leo: vanas dispulit iras:
Confusum q; cahos secrevit ab ordine patrum,
Et lævum dextro, & pejus meliore diremit.

Ac

Ac velut é terræ venis argentea massa
Fossa, caminum intrat ferventem, hinc omne per ig-
Excoquitur vitiũ, at q; exhalat scoria in auras: (nem
Fervidus haud aliter Leo currum ut Solis habebat
(Cui rota fatorum arbitrio tunc defuit una)
Purior accensus cunctas purgaverat auras,
Et nebulas sudo jussit decedere cœlo.
Cum q; rotis currus mutilus tribus haud bene staret,
Ecce rotam quartam vacuo superaddidit axi,
Diversam á reliquis, reliquas ut vinceret omnes.
Lignea materies non illi: stipes in illa
Nullus erat: mira hanc Vulcanus fecerat arte,
Perspicuam radijs solaribus, & cancellis
Fulcrorum infixis stabilitam. Summa sed ipsa
Curvatura rotæ é virga fuit Arcadis illa,
Nuntius exsequitur qua seria jussa Deorum,
Concilio q; solet cœlestes cogere cœtus.
Ingenium solers sic ardua plurima vicit:
Sic bene res cessit: sic cœli Numine prono
Te voluere sibi Regem Sigimunde creari,
Et Leo sidereus, magni gravitas q; Senatus,
Ipsa q; Nobilium lectissima turba frequentum,
Per mentem unanimem, suffragia libera per q;.
Nec mora, justa Deo data vota, preces q; soluta,

Mo-

Motaq; ſub celſis ſonuerunt turribus æra.
Omnis at ore fremens populus per templa, per urbem,
Aruaq; per, geſtas res collaudaverat omnes.
Quæ poſt acta die quarto ſunt, illa relinquo
Omnia, ſunt ipſi ſiquidem notiſſima nocti.
Salve iterum magno magnum decus addite Regno
Rex Sigimunde potens. O quæ te læta tulerunt
Tempora? qui tanti talem genuere parentes?
Matre Iagellonides, Patre Sueci at Regis es hæres,
Quem virtutis amor teneris ſtimulavit ab annis,
Cuiq; tot heroæ regnant in pectore dotes.
Fortibus eduntur fortes. Aquilone quid autem
Durius in mundo eſt? Gotthorum gens quoq; duræ:
Dura pati quævis, ſtudijsq; aſperrima belli.
Senſerat hoc olim magnam perpeſſa ruinam
Roma orbis caput: Arctois ubi Totila ab oris
Duxit in Italiam populantes omnia Gotthos.
Tali é gente ſatus Ioannes tertius alto
Imperium Oceano, famamq; attollit Olympo.
Qui tot Regna petens juvenilibus impiger annis
Cognovit varios populos, linguasq; tot uno
Ore ſuo callet, ſtudijs conjunxit & uſum
Armorum, ut poſſet Rex eſſe in utrumq; paratus,
Seu conferre manum, ſeu tempus ducere Muſis,

E qui-

E quibus eſt ingens prudentia ſæpe parata.
Tantò laus major forti eſt in milite, quantò
Doctior haſtatæ coluit ſacra caſtra Minervæ.
Hunc ego quos caſus, & quanta pericula paſſum
Experior Regem? dum frater rexerat olim
Imperio Sueones, Livoniaq; ipſa potenti
Sarmatiæ Regno ſeſe ſubjecerat ultrò.
Plurima, Finnorum tunc Princeps, pertulit iſte,
Condoluitq; ſuo Domino Finlandica tellus.
Præcipuè quando huic tæda conjuncta jugali
Sarmatiæ Regina fuit, qua non erat ulla
Virtutum donis præſtantior Heroina.
Hunc Regni hæredem frater prævertit Ericus,
Vi q; ſibi Imperium & Regni moderamina ſumſit.
Aſt in amicitiam per connubialia pacta
Sarmatiæ venit ſimulac Finlandicus heros,
Conſcius ipſe ſibi malè Rex nova rurſus inivit
Conſilia, atq; ſuæ cœpit diffidere cauſæ,
Ne malè quæſito Regno exſueretur, & ipſe
Sceptra hæres caperet, quem Regno excluſerat antè.
Ergo improviſum, nec quicquam tale timentem,
Duxit ubi ſecum celebratos poſt Hymenæos
Sarmatiæ claris Catharinam Regibus ortam;
Parietibus clauſum cuſtode hunc ſepſit iniquo.

Emi-

Emicuit virtus Reginæ hîc inq; maritum
Summa fides, ingens amor, & constantia mira,
Fœmineo major sexu, similisq; viro mens.
Illum iram justo miscentem sæpe dolori
Consolata fuit. Nec tu meus esse negari
Chare potes Conjux: nec te sine sola manebo:
Fida comes sed enim casus, ait, ibo per omnes.
Desine meq; tuis incendere, teq;, querelis.
Immeritò hunc patimur casum, hæcq; incommoda re-
Forsan at hæc passos olim meminisse juvabit: (rum
Et passis graviora: dabit Deus his quoq; finem.
Interea hanc sortem fortes patiamur iniquam.
Talibus atq; alijs præstantem Heroa loquelis
Sæpe affata fuit, communem passa dolorem,
Illa Iagellonico de sanguine nata Virago,
Quæ decus eximium, & muliebre erat ornamentum.
Dux autem tacito altum pressit corde dolorem
(Ceu generosa solet natura Heroibus esse)
Noctes atq; dies meditatus plurima secum,
Ut Regem injustum patrio detrudere Regno,
Ulcisci sese vindicta posset & æqua.
Nec meditata animum fallunt. Fortuna rotundo
Stare globo gaudens, huc se volvebat & illuc,
Regni inter Proceres: optata occasio venit,

Et Regem immitem solio detrusit ab alto,
Iussit & in vinclis totam consumere vitam,
Ipse hæres Regni: Regnoq; potitus avito est
Ioannes, serie in Regum qui nominis hujus
Tertius horoas priscos virtutibus æquat.
Inde videre licet sit qualis Gotthica proles,
Atq; Iagellonicæ gentis sit gloria quanta.
Non poterant meliùs duo jungi fœmina viroq;:
Ambo animis, ambo insignes virtutibus amplis.
Magnus Alexandro majorem non tulit orbis,
Fœmineo in sexu parq; haud fuit ulla Calastræ
Reginæ, Amazonas quæ forti pectore rexit.
Hæc velut Amazonum ter centum millia ducens
Regem illum Macedûm fortem metuenda petivit,
Tanta Virago viro é tanto ut prole auctior esset:
Dux ita Finnorum quondam florentibus annis
Inter tot mundi partes, & Regna tot inter
Sarmatiam petijt, Regumq; é sanguine natam,
Corporis atq; animi decoratam dotibus amplis,
Conjunxit sibi jure tori, ut felicior illa
Viveret, & posset pulcros educere natos.
Qualis erat, quantusq; fuit bellator Achilles,
Hectora qui fortem fortis superaverat hostis,
Raptatum bigis, ut quondam, Pergama circum:

Talis erat, tantusq; fuit pugnacibus armis
Ortus ab Illustri Lithvana gente Iagello:
Cum cruce signatis qui pralia maxima gessit,
Christiadumq; fidem primus suscepit, & omnes
Lithvanos jussit sacro Baptismate tingi.
Dux bene de Regno meritus, Magnoq; Ducatu.
Imperio sub cujus erat Lithvania major,
Quàm quæ restat adhuc Regno conjuncta Polono.
Sanguine ab illius fuerant longo ordine Reges
Sarmatiæ insignes, nunc Stirps propè deficit ipsa,
Sanguinis & tanti proles Sigimunde suprema
Tu restas solus sola restante Sorore.
Affluat ambobus largis fortuna quadrigis,
Clara Iagellonicæ domui ne semina desint.
Scilicet in natos manant exempla parentum,
Fortibus éq; viris præstantes Marte creantur.
Ergo quòd es claris Sigimunde parentibus ortus,
Sarmatiæ veterum proles de sanguine Regum,
Ingenio teneris imitari quos cupis annis:
Iamq; tibi in pulcro tot lucent corpore dotes,
Te meritò in tantum venerandi cura Senatus,
Nobilitas, populusq; omnis, Respublica tota,
Consensu unanimi per libera lataq; vota
Adsciscunt Regem, precibus teq; omnibus optant,

Regalisq; tibi imponunt Diadema coronæ.
Sis felix longa Princeps dignissime vita,
Hosq; tibi ostensos non aversare favores,
Quos tibi in hoc cœtu omnes uno fundimus ore.
Ut te post varios motus, post jurgia multa
Aspicimus lætis animis? juvat ora tueri
Rex tua, & alternas audire & reddere voces.
Fallor? an hos vultus Sigimundus Rex tulit olim?
Sic oculos, sic ille genas, sic ora ferebat.
Ergo repræsentas Sigimundum ut corpore Regem,
Sic etiam hunc animo refer, & præstantibus ausis.
Ecce tibi video felix cognomen inesse,
In quamcunq; cadent mundi certamina partem.
Namq; tuus Pater est Ioannes, nominis hujus
Tertius, eximio Regi cui Suecia paret.
Sarmatiæ in numero Regum tu nominis hujus
Tertius es jam Rex Sigimundus. Primus & alter
Insignes fuerant, nec erat præstantior illis.
Sive fidem, seu quis pacem spectaret, & arma.
Ergo patrem atq; duos Sigimundos tertius altis
Ingenij donis sequere, & vestigia disce.
Sic numerum quemcunq; alium fausto omine vinces,
Oppositus si fortè tibi ternarius exstet.
Dumq; tibi est ætas viridi florentior ævo,

Vtere consilijs gravium Sigimunde virorum,
Quos habet hoc Regnum, rerum experientia magna,
Quosq; acre ingenium exornat, prudentiaq; ingens.
Antea quod decuit Regem ævo jam graviore,
Hoc quoq; te deceat teneris florentibus annis.
Apta tibi est ætas, magnis & idonea rebus:
Nam necdum tangis quinti spatia ultima lustri,
Dum tamen eloqueris verbis tua sensa Latinis:
Dictio quæq; fluit puro tibi tincta lepore.
Quatuor hinc alias bene calles insuper uno
Ore tuo linguas: res tanto Principe digna.
Perge bonis avibus Martem conjungere Musis,
Exemplo veterum, quos sævo Marte potentes
Non puduit doctos interdum evolvere libros.
Exemplo est Cæsar Romanus Iulius ille,
Sidera qui norat: volvi duodena per astra
Qui volvit Solem, sic integer annus ut esset.
Exemplo & Xenophon, & qui tela inter & hostes
Mœonij secum divina volumina vatis
Gessit, & his capite innixus sub nocte profunda
Incubuit, placidumq; hoc carpsit more soporem
Rex Macedo, Magnum domito cui nomẽ ab orbe est,
Quod decuit Reges olim, summosq; Monarchas,
Grande sibi hoc multi nunc credunt dedecus esse

De-

Degeneres, quibus est exosa Scholastica vita.
At siquidem ẽ studijs major prudentia crescit,
Omne genus vitæ sine eis vanum esse putandum est.
Si spectes bella, & variæ certamina pugnæ,
Testes historiæ, & rerum experientia testis,
Sæpe Duces belli, doctrinæ insignis ob usum
Res magnas gessisse, manum cum sæpius alter
Ingentem glomerans nulla ratione nec arte,
Exiguo at cauto fuerit superatus ab hoste.
Qui venit ex Austro Borealibus obvius auris
Non bene pugnabit vento contrarius ille.
Sic septem stellas in Tauri fronte micantes
Plejades observa, nec tunc te confer in hostes,
Taurus ubi exortum occasumvé ostendet earum,
Namq; utroq; modo pluvias q; imbres q; minantur.
Ergo quod Æneas Vulcania sumsit ut arma,
In quîs res Italas, & serò fata futura,
Oceanum & terras, atq; alti sidera cœli
Picta videns, varijsq; in ferrum incisa figuris,
Miratur, rerumq; ignarus imagine gaudet,
Attollens humero famamq; & fata nepotum:
Quid notat hoc aliud nisi verum & Principe dignum
Officium? qui non præsentia tempora tantùm,
Præterita ast etiam, & quæ credat cunq; futura,

In-

Ingenij totis ſcrutetur viribus ac vi.
Hinc igitur fortem Ajacem facundus Vlyſſes,
Ambo ubi de Clypeo magni rixantur Achillis,
Viribus ingenij alter, robore corporis alter
Illudens tacitè, Græcorum aſtante corona;
Vult, ait, ut capiat quæ non intelligit arma.
Arma humanarum ſpeculum referentia rerum,
Tam varijs cœli & terræ depicta figuris.
Mota Ducum eſt turba: & quantū prudentia poſſit,
Tunc patuit, Procerum tota applaudente corona
Ipſa viri fortis tulit arma diſertus Vlyſſes,
Poſthabitusq́ minis atrox ſtetit eminus Ajax.
Ergo dolens, iræ impatiens, paſſusq́ repulſam
Vt ſibi præferri facundum aſpexit Vlyſſem,
Ereptosq́ ſibi ſperatos vidit honores:
In ſua converſum detorſit viſcera ferrum,
Ferrum non illos portatum munus in uſus.
Iamq́ jacet proprioq́ ſuo ſe in ſanguine verſat,
Ille ferox vultu dictisq́ ferocior Ajax.
Exemploq́ ſuo monet omnes, ſeq́ ſuasq́
Vt norint vires, contenti & ſorte ſua ſint.
Sed quid in his moror exemplis? quæ cognita forſan
Sunt Sigimunde tibi? nec opus me cuncta referre.
Et quid opus plura eſt exempla adducere? multa

Obvia ſunt paſſim, ante oculos quoq́ viſa recenter.
Pallas enim ingenio feliciter omnia geſſit,
Ingenio forti, & ſuperare pericula ſueto.
Præcipuè hanc urbem Regni, ſedemq́ Coronæ,
Quæ vetus á Craco ducit Cracovia nomen
Tot contra inſultus tormentaq́ plurima adacta
Suſtinuit Pallas, inimicaq́ reppullit arma.
Præſentiq́ animo tormenta tot ænea ademit,
Pro te proq́ tua pugnans Sigimunde Corona,
Militiæ Ductor Regno generalis in iſto,
Quo ſeſe inſigni Samoſcia jactat alumno,
Pectore quiq́ gerit Martem, ingenioq́ Minervam.
Ille triumphales tibi Rex quoq́ condidit arcus,
Per Plateas Vrbis veterum de more Quiritum.
Dum tibi in occurſum procedunt agmina multa
Dumq́ tuam ingrederis cunctis comitantibus urbē.
En quæ clauſa fuit tot menſibus, illa recludit
Se tibi, te plauſu Cracoviaq́ excipit omni.
Alba globo mundi inſiſtens Aquila emicat arcu,
Atq́ tibi ſeſe curvato pectore flectit.
Iamq́ viri & matres, pueri, innuptæq́ puellæ
Læta canunt, Regemq́ ſuum te cernere gaudent.
O fortunatum, Regem quem ſubditus omnis
Eſſe ſuum agnoſcit, cui mœnia cuncta pateſcunt.

Nam cupere invitos populos, invitaq; Regna,
Infelix labor est, nec ab ulla parte beatus.
Qui sapis, & rerum optas incrementa tuarum,
Invitos finito populos, adversaq; Regna
Linque, quid adversis poteris nam pejus habere?
Ergo ades & tantis cunctorum applausibus istam
Accipe fatorum felici sorte Coronam,
Sceptraq; delati Regni Sigimunde capesse.
Nunc te per tua dona rogo, per Regia sceptra,
Per te, per qui te talem genuere parentes,
Compositis rebus Regni flagrante tumultu,
Sedatisq; malis quibus impia sævit Erynnis,
Sit tibi justa etiam doctorum cura virorum,
Quîs sine non possunt hominum consistere cœtus,
Quis etiam nequeunt Mavortia corda carere.
Spreta jacet doctrina: ipsæ sine honore vagantur
Aonides passim: nec habent quo munere vivant.
Inde fit ut multi Musis & Apolline clari
Res varias hominum, & diversa negotia tractent.
Cum tamen hi possent vel magnum æquare Maronẽ,
Cederet his etiam forsan Lucretius ipse,
Si suus esset honos, alimentaq; debita Musis.
Quòd nisi succurant Regumq; Ducumq; favores,

Pristina barbaries doctas prorsum opprimet artes.
At memini curam Regumq; Ducumq; fuisse
Olim præcipuam, doctas & amore Camœnas
Amplecti, & sacros pretio sibi quærere Vates.
Augustus Cæsar non tantùm rura Maroni
Contulit in Latio, numerari at plurima eidem
Hinc atq; hinc jussit, vitæ quæ postulat usus.
Hinc opus eximiæ præclarum Æneidos illud
Non tantùm Latijs scripsit Maro magnis in oris,
Ast & in externis regionibus, otia quando
Secessum & petijt, dulces muta vit & auras.
Ergo illum vidit scribentem Sicelis Ætna,
Ætna jugis summoq; eructans vertice flammas.
Vidêre hunc Siculi populi Calabriq; frequenter,
Quos, sua scripta premens, vitam finiverat inter,
Hinc sua Parthenopen transferri jusserat ossa.
Sint Mecœnates, & erunt Sigimunde, Marones:
Sint Mecœnates, & erit Lucretius alter.
Sed bene erit Musis doctas quando excolis artes
Rex ipse ante alios. Vivas Rex optime Regum,
Nestoreos annos: magni ad fastigia Regni
Evectus fausto totum duc sidere vitam.
Nec moveare animo, quòd primo in limine Regni,
Subq; ipso adventu vario discrimine volvi

Multa vides, seu sic mundi jam pœna requirit,
Sive mali quid restat adhuc, quod cernere tempus
Dat nondum: duris tua sic exercita rebus
Virtus immenso innotescet clarior Orbi.
Quicquid erit, causæ bonitas, & mens sibi recti
Conscia, pugnabunt pro te, rectoq;, bonoq;.
Lectus es expleto cum Cynthia fulgeret orbe,
Solq; ubi magnanimi pressisset terga Leonis:
Ecce urbem ingrederis plenæ sub tempora Lunæ,
Regia sumturus delati insignia Regni,
Quando Sagittarij tensum Sol dirigit arcum.
Quid signet fortis Leo, quidq; sagittifer ipse,
Obscurum nulli: Victorem signat utrq;
Ergo te injustis si quisquam offenderit armis,
Ille tibi victus verso det terga Caballo,
Quadrupedumq; volans tibi concidat agmen equo-
At nova ceu cœlo cum lucet Luna sereno (rum.
In se cornua agens, augetq;, augetur & unà,
Paulatim & crescit, donec totum impleat orbem.
Sic quoq; cresce tuis donis, Sigimunde, tot amplis,
Cresce, tuisq; ausis animum præstantibus imple,
Nec minue, ast auge Regni magis incrementa.
Ut tua sic tandem Virtus totum impleat orbem.
Vive Iagellonicæ gentis spes sola, perenni
Flore reflorescens longæva in secula vive. DE

DE MONSTROSO PARTV DIE XVIII Aug. Anno 1595. in districtu Ascheradensi Livoniæ ultra Duhnensis in lucem edito: & de rebus quæ præter naturæ ordinem fiunt,

DISCVRSVS
Ethicus, Physicus, Historicus.
ad

ILLVST. MAGNIF. ET GENEROSOS DNOS TRIVMPRAESIdatuum in Livonia, Vendensis, Dorpaten. Parnovien. Præsides: nec non Arcium in eadem Provincia Capitaneos, & universam trium Nationum Nobilitatem; tum &

SPECTABILES NOB. CLARISS. ET Prudentissmos Civitatis Rigen. Metropolis Livoniæ & aliarum Civitatum Magistratus.

AVt mundo immũdo impendent immitia fata
Peccatis accita & dio Numine læso:
Aut Deus, ut discant homines resipiscere tandem,
Præmonet, obq; oculos exempla horrentia ponit.
Ecce sibi natura suam formamq; decusq;
Detrahit, & toto truncatis corpore membris,
Humanas turpat cunctas in imagine partes.

Descriptio mōstrosi partus.

Diruta qua jacet Arx Livonidos Ascheras orę,
Non procul hinc distat casa quædam rustica: in illa
Nata est in lucem (atq; utinam non nata fuisset)
Partu infelici proles monstrosa puellæ.

Caput horribili forma.

Namq; caput rationi in quo sedemq; locumq;
Affixit Deus, á falso ut discernere verum
Possit homo, totum hoc toto mutilatur in orbe,
Horribili forma. Frons plana ubi tangit ocellos,

Supercilia nulla.

Nullæ palpebræ.

Nulli oculi.

Nulla supercilia hîc apparent, palpebra nulla:
Ambo oculi sed enim concreta pelle teguntur,
Non secus atq; solent nasci sine lumine talpæ.

Locus dextri oculi.

Dexter ubi est oculus, cernendi magna cupido
Intus agi visa est. pellis concreta sed obstat,
Pupilla ex oculi medio ne mittat in auras
Visivos radios. Vestigia nulla sinistri

Locus sinistri oculi.

Luminis apparent: sed frons contermina malis.
Sic parvæ auriculæ, ut vix possint esse minores.

Auriculæ parvæ.

Nasus nullus.

At cribrum nullum, non ulla cacumina nasi:

Foramen in loco, ubi nares.

Parte ima solùm, qua nares sunt, ibi hiatus
Intrat in os imum magnus, vastumq; foramen.

Supra foramē trifolium carneum.

Inde triplex folium veluti supra hocce foramen
Nasi pro more appensum volat inconsueti.

Lingua divisa & affixa.

Lingua hæret medio divisa, & limite tanquam
Distincta in geminas partes, affixaq; ad imam

Gin-

Gingivæ carnem. Supremi intusq; labelli
Non est contiguus nexus qui jungat utramq;
Mandibulam, sed enim veluti dens extat utraq;
Mandibula intersecta: ex cujus fine vel ossis,
Vel dentis magni cernuntur signa futuri.

Dens ab utraq; parte mandibulæ.

Concavus interno fornix ubi inesse palato
Suevit, hîc est fissus, vacui & quasi sola cerebri
Tecta offert, quadamq; ipsum transire palatum
Intus sanguineo trabs visa est tincta colore.

Palatum interius fissum. Hiatus in testam Capitis vacuam. Sanguinea trabs per palatum.

Editur huic proli nullus sonus aut ploratus,
Sed saltem eximo suspiria pectore tracta,
Tristis & informi deductus anhelitus ore.
Maternas nequit hæc proles monstrosa papillas
Sugere, nutritur peregrino at lacte petito.

Nullus ploratus. Suspiria continuæ. Nulla suctio materni lactis.

Plus solito crescit more: Omnia membra videntur
Augeri citius. manus attamen utraq; cunctos
Concretos digitos habet, una pelleq; tectos,
Et saltem unguiculi digitorum in fine videntur,
Ordine concreti, quos fas diducere non est

Magnū membrorum in brevi tempore incrementum. Digiti manuum concreti.

Ipsa pedum amborum talis quoq; forma videtur,
Glutine ceu digiti compacti, & pelle ligati.

Digiti pedum concreti.

(go

Hoc plasma est prolis monstrosæ: hæc tristis ima-
Quā coràm aspexi, hisq; oculis membra omnia vidi,
Quamq; novi Oppiduli (faxit Deus, urbs ut id olim

Cu-

Curetum fiat) mirata est civica turba.
Res & in ambiguo fuit, an Baptismate tingi
Debuit hoc monstrum. Tandem genitoribus hujus
Injunctum est miseris, ne vitam abrumpere tentent,
At foveant potiùs, dum fata id vivere linquunt.

Dissursus Ethicus, sive Mythologia, monstrosi partus.

Vos arcanarum quibus est abscondita rerum
Sensa datum nosse, hæc animis evolvite vestris.
Non sumo officium mihi nunc Interpretis amplum,
Pauca tamen dicam: venerandis plura relinquam
Discutienda viris, sacri custodia Templi,
Et quibus est miseri concredita cura popelli.

Politici status forma.

Vivimus extra omnem morem, rationis egentes,
Consilijq; inopes, & jure & lege carentes.
Inde intus vacum caput est. extrinsecus autem
Formam habet horribilem: Cùm nolint recta videre
Mortales miseri, proniq; in devia semper.
Rectum oculum natura tegit cute, quamlibet intus
Salvum atq; incolumen, & cupientem cernere in
Luminis at lævi vestigia nulla supersunt. (auras:
Dum datur, & licitum est, conemur tollere pellem
Obducentem oculum dextrum, intus seq; moventem:
Ne miseri lævo jam dudum lumine cassi
In densa captæ mentis caligine simus,
Et reliqua usura privemur lucis & auræ.

Audimus quia nil, monitis obstamus & æquis,
Monstrosæ proli auriculas natura pusillas
Astrictasq; dedit; Patulas habeamus ut aures
Oremus cuncti, & Numen cœleste precemur.
Non frustra desunt nares. odor ille suavis,
Quo mentes hominum unanimes fragrare deceret,
Concordi studio pietatis, sparsus in auras
Talis odor vacuas abit. at discordia ubiq; est.
Naribus hinc ergo exesis, labroq; revulso
Antrum ingens patet, & lacero lis exstat in ore.
Hoc supra folij triplicati carnea massa
Pendula, seq; movens huc atq; huc, ludicra quædam
Sensa hominum triplici ceu spe pendentia taxat:
Pendula spes sed enim dubia est: huc fluctuat atq; huc.
Inde duas lingua in partes divisa, sed ipsi
Gingivæ affixa, & non mobilis, ut solet esse,
Nescio quid recti notat: aut vinclo ora ligata
Glutinis arcani: aut nolentem cedere mentem
Sede spei á fixa. Sed linguam limes ut ipsam
Transit, & affigit gingivæ: Copula linguæ
Haud secus unitæ in geminas secta omnia partes
Dividet, & Fato fieri bene talia dicet,
Spe nisi vincatur triplici. Deus qui stat utraq;
Mandibula in rupta, duo concurrentia signat

Crimina: Avaritiæ est unum: Invidiaq; secundum:
Hæc nequit alterius sortem perferre secundam,
Vixq; tenet lacrymas, cùm nil lacrymabile cernit.
Illa autem junctæ huic expleri dum nequit, ad se
Obvia quæq; rapit; dum non habet obvia, tandem
Se morsu interno absumit. Suspiria crebra
Quòd trahit hic partus monstrosus, fortè futuros
Ingemit eventus: non sugitq; ubera matris,
Supremam ob truncam gingivam, & vincula linguæ;
Lac ingestum illi peregrinum alimenta ministrat.
Christe omen triste hoc, talemq; avertito casum,
Ne patrijs esca patria careamus in oris.
Quid digiti concreti uno omnes ordine? quamvis
Sanguine concretus populus sit: si tamen index
E digitis, digitiq; alij cuncti ordine, ab una
Contigua pelle obducti sint, atq; ligati,
Non bene consilium quisquam monstrabit, iterq;:
Nec tutò incedet, nec certus stabit, & ibit
Planta pedum, cujus digitos diducere nescit.
Quærere non opus est, num sacra fontis in unda
Debeat aspergi monstrosæ prolis Imago.
Quæstio jamdudum talis discussa videtur,
Sacrificiq; vetant illos Baptismate tingi,
127 *Tetra quibus forma humanam formã exuit omnem:*
Ut

Ut pote si genitus capite est quis fortè canino,
Aut alia specie brutis animalibus apta.
Contra autem quando est hominis structura & imago,
Arbitrio fati mutilata at pleraq; membra,
Non vetat hæc ratio sacrato fonte lavari,
Quòd quasi spe quadam exspectant meliora parentes.
Extremum haud quæras. Cur hoc natura pararit
Fœmineo in sexu Monstrum? Matre edimur omnes,
Patriaq; est cunctis Mater: miserabilis ergo
Effigies patriæ sexu patet in muliebri.
Hic etiam status est, hæc Relligionis imago: Ecclesiastici status forma.
Capti oculis, lingua sciss, lacero ore, labrisq;,
Sæpe odio alterius, malesuadaq; ambitione
Ex alijs alia inventis inventa novamus.
Pace ô Cygnæi vestra quos semper amatos,
Semper honoratos (pietas ceu poscit) habebo,
Sit mihi fas casus actarum evolvere rerum.
Vestra puer teneris sum castra secutus ab annis,
Vos sequor, atq; sequar, mihi dum per fata licebit,
Liber homo at cum sim, liceat mihi libera fari.
Nonne ubi Relligio á Romana sede recessit,
Romana Imperij assensu, Procerumq;, Ducumq;, Sub Carolo quinto Cæsare, duplex tantùm Relligio fuit admissa.
Facta fuit fidei forma, Augustana vocata,
151 *Augustæ siquidem sub te, pie Carole quinte,*

Concessa est illis qui deseruêre Papatum.
Religio binis tunc stabat partibus: Una
Pontificis fuerat: Sed erat dicta altera Cygni.
Post Augustanæ fidei Religionem multiplex libertas Religionis.
Quàm longo á forma hac discreditur intervallo?
Quamq; Augustanæ est fidei nunc discolor usus?
Quamq; tui, Cygne, ingenij monimenta premuntur?
Successêre alij Illyricis Regionibus orti,
Ingrati Cuculi, & Galli, Sturniq; loquaces,
Tum, qui fœtida habent malè olentis nomina campi,
Stanislaus Orzechovvski Ruthenus scripsit librũ contra Stancarum, cui titulus, Partus Chymæræ.
Quiq; dedêre ansam sparsæ per Regna Chymæræ,
Quam pius extinxit validis Orechovius armis,
Russia quo claro quondam gaudebat alumno.
Quiq; Vros fortes inclusos rupibus altis,
Vrorum & socios antiquo fœdere junctos,
Zvvingliani.
Credere dum cogunt secum omnes, armaq; sumunt,
Ipsi acie in prima stantes primi occubuere.
Tum quidam ignivoma cudentes arma sub Ætna,
Pluribus ut pugnent, quàm pugnavêre priores,
Quosq; referre mora est, & quos memorare molestum.
Theologorũ certamina,
Post tua fata tui Comites hi, Cygne, relicti,
Officij immemores contra te brachia tollunt,
Mutuaq; ingeminant emissis prælia libris.
Sed quia concretis digitis calamum malè stringunt,
175 *Monstrosæ ut prolis truncata expressit imago,*

Haud

Haud inferre ictus possunt, quibus occidat hostis,
Nec bene iter monstrant, nec cernũt quæ via vincat.
Credo equidem sinum Academica secta vetusta
Viveret in tanta doctorum lite virorum,
Dogma suum, in mundo cuncta esse incerta, probaret.
Vos ô Imperij proceres, vos cogite tandem
Concilio doctos, concordesq; esse jubete.
Ni faciant; trahet altam res Germana ruinam,
In sua quando movet conversas viscera rixas.
Si verbosarum discors concordia Legum
Dicitur, & concordatur discordia Legum:
Cur non scripturæ concors discordia sacræ
Redditur? & Christo sub Iudice concordatur?
Fata vetant: prohibet rerum confusus & ordo
Cogere Concilium, retrahit sua quemq; sequela.
Doctorum virorum inopia.
Quin & paulatim doctorum copia desit,
Quando Scholis, doctisq; viris alimenta negantur,
Exigua aut dantur, non ut vitæ exigit usus.
Scholarum ruina.
Namq; Scholis dederat quæ quondam larga vetustas,
Hæc varijs divisa modis tenet ordo profanus.
Inde scholæ intereunt, doctorum hinc deficit agmen:
Defectum hinc error subit: erroremq; ruina.
Altera sic tandem pars vires sumet eundo,
199 *Palantesq; animis, distractosq; undiq; membris,*

Qui

Qui (velut hoc Monſtrum) lacero ſunt ore, labriſq;
Seq; ipſos perimunt, rixis per mutua factis
Incertos, & certantes diſcrimine nullo,
Indoctosq; alios, alios rerum omnium egenos,
Ante oculos ponens conſenſum, præmiaq; addens,
Rurſus in antiquum paulatim impellit Ovile.
Hæc ego, plura alij forſan, majoraq; in iſto
Invenient monſtro. Satis eſt mihi, pauca notaſſe.
Nunc agite & veſtro partum hunc exponite ſenſu,
Quicunq; ingenio, ingenua ſive arte valetis,
Et rerum abſtruſas cauſas, ſecretaq; multa
Abdita in occulto naturæ noſtis, adeſte,
Occultamq; hujus monſtri perquirite cauſam!
In nova mutatas meminiſtis corpora formas,
Ceu ſunt mutatæ ter quinq; volumina formæ,
Mirum opus, & rerum variarum indagine plenum.
Cur natura ſuam mutarit ſæpe figuram
Dicite: cur Niobe in ſaxum mutata ſit olim?
Inq; homines tunc verſa etiam duriſſima ſaxa?
Curq; Lupi ſpeciem induerit Rex ipſe Lycaon?
At poſt Diluvium ingentem Pythona creatum,
Straverit innumeris cur Dolius ipſe ſagittis?
Fontibus é Sophiæ ſunt hæc depromta, notantq;
Propria naturæ. Non naturalis at ordo

Diſcurſus Phyſicus de rebus naturalibus & non naturalibus.

In Meta morphoſi corporum, doctrina occulta.

Vide Natalé Comitem in Mythologijs.

Omnia ex rebus quæ præter naturæ

Gig.

Gignere quæ ſolet interdum, & producere in auras,
Hæc ſignant, & habent eventus omnia certi.
Ætherijs ſive illa plagis videantur in altis,
Sive homines inter diverſo ſidere natos,
Suntq; ea vel læti, vel triſtis nuntia fati.
Sic ſtella illa fuit cœlo non condita in alto,
Orbis ab exortu, non hæc erratica ſtella,
Fixa neq; hæc fuerat, ſed fati numine miſſa
Quæ nati Reges Chriſti ad cunabula duxit,
Signavitq; viam, peregrinis præviaq; ivit.
Omen erat fauſtum humanæ ſtella illa ſalutis,
Nulli viſa prius, neq; poſt apparuit ulli.
Sic Luna oppoſitu in Solis cùm plena videtur,
Non facit Eclipſin Solis. Conjunctio tantùm,
Quando inter terram & Solem Luna exſtat, eodem
Nodo dependens, Phœbæum lumen opacat.
Ergo quòd expletum complêrat Delia ut orbem,
Solis in oppoſitu plena extitit, aureus autem
Sol fuit obſcurus crucifixi tempore Chriſti,
Præter naturam fuit obſcuratio talis.
Hæc tamen in letho triſti dedit omina læta,
Victa ubi Mors morte eſt, Mortemq; voraverat ut
Si fas humana eſt cœleſtibus æquiparare, (Mors.
Et ſi ficta licet veris componere rebus,

eurſum ſunt, vel in cœlo vel in hominib9 accidũt; Et ſunt vel bona vel mala.

Stella non naturalis ominis bona.

Ecclipſis non naturalis.

Omina in hominibus bona.

Quan-

Quandoquidem occultè fictis veracia subsunt,
Nec frustra Heroas olim veneranda vetustas
Omen in Hercule. *Patre Deo genitos, homine ast ex Matre putavit:*
Sic præter rerum seriem quoq; parvulus olim
In cunisq; jacens geminos Tyrinthius angues
Obliqua invidia immissos Junonis iniquæ,
Compressit manibus, Jove natum seq; probavit,
Et puer, & plenis postquam maturuit annis.
Omen in Scanderbego *Sic Scandribegi, genitus cum matris ab alvo*
Esset, erat forma ensis dextro impressa lacerto,
Qualem vix melius potuisset pingere Pictor,
Historia est testis verissima, testis Epyrus.
Militis invicti hoc omen signumq; fuisse
Exitus ostendit. Non hoc pugnacior alter
A Mahometigenis patriam defendit Epyrum,
Christicolasq; omnes vicino limite junctos.
Victor erat semper, moriens quoq; vicerat hostem
Consilio, exhaustis jacuit cum viribus æger,
Nomine & audito Scandribegi hostis abibat.
Siq; duos tales tunc Europæa tulisset
Terra viros, ultrò Scythicas remeasset in oras
Turcus atrox, versisq; doleret Turcia fatis.
Ordine naturæ parientis talia quanquam
271 *Majora extiterint: tamen omen lætum habuerunt.*

At

At contrà é cœlo ut guttæ cecidêre cruentæ,
Omina in cœlo mala, Pluvia sanguinea Anno 1547. *Sanguinolenta seges per camposq; extitit, inde*
Tristis & infausto commissa est omine pugna,
Captus ubi est pacis Dux, abs te, Carole quinte,
Albis & Hispanis victus se subdidit armis.
Cometa. Anno 1557. *Sic longi specie flagri flagrasse Cometa*
Visus erat quondam, totumq; arsisse per annum,
Omnia cum ruerent passim in Livonide terra,
Cum Pastore suo Crucis Ordo gessit ut arma,
Nobilitasq; fuit studia in contraria scissa.
Hinc ansam arripuit silvis egressus ab altis
Moschus, & heu longos bello desævijt annos,
Cæde replens terram, & vastans cultoribus agros.
Hunc ita grassantem sua sed quoq; fata manebant.
Cometa Anno 1577. *Septimus á decimo (memini) nunc vertitur annus,*
Solis ab exortu Borealem extensus in Arcton
Arserat ut cauda, atq; ingenti mole Cometa.
Bellum Regis Stephani cõtra Moschum ab Anno 1579 usq; ad Annũ 1582. *Hungaricis Stephanus tunc Rex accitus ab oris,*
Omnia vastantem Moschum in Livonide terra
Repressit tandem, & victo terram abstulit hosti.
Omina sed linquo ætheria é Regione petita,
Quæ fuerant belli, & magnarum nuntia rerum.
Accedo partum monstrosum: Nonne sub ipsum
195 *Tempus, ubi variam passa est Livonia cladem*

Omina in hominibus mala.

Y

Ag-

Anno 1570 Monstrum Rigæ natum.

Aggeribus cinctæ inter magna Suburbia Rigæ
Natus erat gemino capite infans: ventre sed uno:
Quatuor at manibus, pedibusq́: ani exitu at uno.

Discursus historicus de monstroso partu. Anno 1573, Monstrum parisijs natũ.

Huic simile est Monstrum natum, cùm Carole none
Regna gubernares Gallorum: Sequana id, Urbsq́
Parisiorum ingens aspexit. Venter ut unus
Sustinuit geminum caput: haud secus unica Reges
Terra ubi habet geminos, nulla est concordia terræ.
Organa naturæ namq́ haud sibi congrua, signant
Discordem populum, & distractas undiq́ mentes.

In quibusdã mundi partibus quidam communiter monstrosi nascuntur Gellius lib. 9 Cap. 4.

Sunt tamen & quædam quæ naturaliter extant:
Uno, ceu fama est, Arimospos lumine nasci,
Montibus in Scythiæ extremis. Capite absq́ vicissim
Esse homines, oculos utrosq́ in pectore habentes,
Inversasq́ pedum plantas natura quibus dat.
Quin ultra Indorum terras quædam esse feruntur
Hirtæ, atq́ in toto plumatæ corpore gentes.
Omnia at hæc populis illis communiter insunt:
Rara autẽ inter nos quæ sunt, ea Monstra putantur.

Naturæ miracula in sexus humani mutatione. Plinius lib. 7 Cap. 4. Licinius Mutianus lib. 6.

Consul ubi Crassus, Consul Longinus & essent,
Casini in puerum Virgo est conversa repente:
Hunc deportari puerum mox jussit Aruspex.
Quin & Arescentem visum Licinius inquit,
Nomine Arescusæ qui sumto, nupsit: at inde

Bar-

Barba viro crevit, ducta est mox uxor eidem.
Sic quoq́ Marcello quondam sub Consule, factus
Vir fuerat quidam ex vera muliere, Spoleti.
Mira refert Scriptor quoq́ Lusitanus Amatus,
Oppido in Esguerra quandam vixisse puellam,
Cujus erant orti clara de stirpe Parentes.
Dicta fuit (scriptum velut est) Pacheca Maria:
Attigit ut virgo hæc illos jam nubilis annos,
Prima quibus mittit muliebris menstrua sexus,
Pro primo effluxu emisit virgam illa virilem,
Intus inhærentem, latitantem totq́ per annos,
Tuncq́ loco solito exstantem. Sic facta fuit Vir.
Qui sacra respersus aqua, Manuel fuit inde
Dictus, hic extremos exin peragraverat Indos,
Dives opum & factus patrias remeavit ad oras,
Conjuge cum ducta reliquumq́ exegerat ævum.
Fallor? an Androgyni quondam portenta vocati
Inter delicias hominum quoq́ sæpe fuerunt.

Epin. part. 8 Aphor. 45. Livius lib. 4. Sec. Bel. Pun. Vide Historiã Amati Lusitani.

Virgo 16 Annorum emissa ex utero virga virili mutatur in virũ.

Causas hujus miraculi naturales recẽset V Vejerus in lib. de Præst. Dam. 4. Cap. 24.

Sed quid in Exemplis moror? omnibus omnia re-
Quæ naturali non fiunt ordine, subsunt: (bus
Seu bona seu mala sint, á fati Numine missa.

Hermaphrodyti.

Monstrum igitur patulas quod nuper venit in au-
Præter naturam fataliter arbitror ortum, (ras,
Atq́ aliquid secum trahere auguror insperati,

Quod natura diu meditata huc usq; ſub umbris
Occuluit denſis, & adhuc tegit abdita ſenſa.
Nec me objecta movent Phyſicis nitentia cauſis,
Quòd fortè obtigerit matri miſerabile viſum,
Tunc quando prolem imperfectam geſſit in alvo,
Atq; ita tetram animo conceptam impreſſit Idæam
Maſſæ utero incluſæ, & formanti jam ſua membra.
Quæſita á multis, nil ſe vidiſſe ferebat
Aſpectu horrendum, aut monſtroſum: conſtitit autẽ
Plenos eſſe omnes formatos turpiter artus.
O vos quotquot in hac eſtis Livonide terra,
Quosq; triplex una conjunxit natio ſede:
Tot quia propoſui exempla hinc atq; inde petita,
Congrua naturæ quæ ſint, quæ congrua non ſint,
Omina quæ bona ſint, mala quæ ſint omina rerum:
Nunquid adhuc Monſtrum vel caſu creditis illud,
Vel defectu aliquo naturæ, vel genitalis
Seminis ex culpa nuper veniſſe ſub auras?
Creditis huic Omen nullum fatale ſubeſſe?
Corpus erat plenum huic, mutila autem ſingula mem-
Nec ſubitò extinctum eſt, ſed vixit, tertia donec (bra,
Hebdomas elabens vitæ ſuſpiria clauſit.
Vim tenet occultam hoc tempus, vimq; exſeret ex ſe,
Securis nobis, & nil curantibus iſta.

Quæſtio de imaginatione muliebri.

Concluſio admonitoria de conſiderando hoc monſtro nato

319

Dent

Dent Superi uno omnes ut convertamur amore,
Noſtraq; mutentur meliori corpora mente.
Namq; diu rerum nequit hæc ſubſiſtere forma,
Inſpicite, hanc propiusq; animis expendite veſtris.
Inſpicite, & lacero conferte per omnia Monſtro.
Dumq; ſonant paſſim hinc atq; hinc fera bella per
Conferte inter vos dubijs de rebus: in altas (orbem,
Lumina veſtra auras attollite, dum datur, & dum
Tempus adhuc reſtat: concordes eſſe ſtudete
Corpore in unìto: lacera haud diſtractaq; membra,
Unanimi at ſenſu in ſe concordantia habete.
Omina monſtroſi ne vilipendite partus.
Omini adeſt numen, nec temnite in omine numen:
Conſulite at nobis noſtrisq; nepotibus olim,
Ne quod adhuc reliquum eſt illud perdamus & om-
Sicq; futura malis pejora prioribus exſtent: (ne.
More Phrygum ſerò poſt cladem tunc ſapiemus.
Dij prohibete minas Dij triſtem avertite caſum:
Et triplicem unanimi conjungite pectore gentem,
Communi ut patria, & communi habitemus arena:
Cuncta mala in melius Dij commutare poteſtis.

340

DE CERTAMINE INTER VRsum & Aprum, in quo Aper victus occubuit; Anno 1592. Mense Decembri.

ad

ILLVSTRISSIMVM DOMINVM

Dn: Ioannem de Zamoscio: Regni Poloniæ Cancellarium Suprem: & Exercituum Generalem &c.

Vrsi natura tempore hyberno.

DVm nix alta jacet glacialis tempore Brumæ,
Vrsus in obstruso latitabat maximus antro.
Hic hyemis partem speluncis transigit atris,
Immotusq; loco plantarum extrema suarum
Sugit, & hunc illi victum natura ministrat
Mense quoad Martis liquefacta calore cadat nix,
Silvarumq; comas, & tectas detegat herbas.
Tunc Vrsus rursum spelunca prodit ab alta,
Et victum gaudet sub aperto quærere cœlo.

Aper casu ad antrum Vrsi pervenit.

Tali igitur casu cum Sus silvestris ad antrum,
Livonum in silvis ubi Kuia† propinquat Ovesto,
Pervenisset, humum solito de more momordit,
Dejecitq; nivem, & gratam sibi quæsijt escam.

† vmb in Laudshrysspuro der Fürst Kuie in die Ekwst fliesset.

Vr-

Vrsus contra Aprum egreditur.

Vrsus in assueta requie turbatus ab Apro
Non tulit hoc: vastoq; foras egressus ab antro (hostẽ
Fertur Aprum contra, & magnus magnum impetit
Mole valens Vrsus membrisq; ingentibus: alter
Dente potens longè exstante oris parte abutraq;:

Pugna inter Vrsum & Aprum.

Acris & ambiguo gliscit certamine pugna
Mutua, sparsa pedum motu nix impedit ambos,
Nec secus ac campo certatur pulverulento.
Nam modò Aper dente, & magno impete fertur in
Et tanquã facili in gyrum conversus habena, (hostẽ,
Se rotat huc atq; huc, aditum quæritq; nocendi.
Mox at ubi sese altas Vrsus tollit in auras,
Ingrediturq; bipes dentatum & circuit hostem
Callidus, observans qua possit vincere parte:
Tollit se arrectum quoq; Sus silvestris in alta
Saltibus, & dentes huc illuc vibrat acutos.

Vrsus Aprum fatigatum complexu strangulat.

At tandem ut nimijs gyris, & saltibus, Aprum
Esse fatigatum videt Vrsus, tergaq; dantem,
In terram pedibus fixis, & corpore prono
Occupat huic tergum, raptumq; prioribus altè
Tollit humo pedibus, portatq; & fortiter angit,
Pectus Apri in nodum constringens, donec in auras
Faucibus elisis vitam cum sanguine fudit.
Tali olim amplexu manuum Herculis occidit atrox

Ca-

Cacus, Aventinæ timor atq; infamia silvæ.
Sic etiam Augusti quondam Electoris in Aula
Dum varijs Proceres spectaclis tædia fallunt,
Pugna ferè similis visa est: sed dispare casu.
Nam Leo magnanimus dum fortẽ pugnat in Ursum,
Supra Ursum saliens immania terga prehendit,
Et dorsi spinam rictu discerpsit hiante:
Sed simulac tergo decussus decidit alto,
Ursus in extremo positus discrimine vitæ,
Ante suam mortem ad pugnam redit, atq; Leonem
Corripit in nodum complexus, & angit inhærens,
Spiramenta animæ dum fracto in gutture clausit.
Sic Ursus magno moriens animum abstulit hosti:
Sic cecidit Leo: Sic cecidit simul Ursus & ingens.

Vrsus Aprum strangulatum in nive recõdit, & abit.

At contra in pugna hac victo Apro maximus Ursus
Exultat victor, portatq; ingentia membra
More hominis gradiens bipes, Aprum deniq; cæsum
Non procul á spatio certaminis in nive condit.

Vrsi calliditas

Hinc abit, atq; aliud silvis sibi quærit in altis
Tutius hospitium, quod semita nulla viaq;
Inveniant, nec quod Venator possit adire.
Namq; loco motus semel, illud deserit antrum
Callidus, observans nequis vestigia pressa
Insidias struat huic, medioq; occidat in antro.

Hæc

Aper cæsus inventus.

Hæc meus ut vidit quidam de montibus altis
Vectus equo servus, præda gavisus opima
Advolat, atq; nivis congestum mole sepulcrum
Disijcit & magnum, quod adhuc á cæde tepebat,
Tollit Apri corpus, meaq; intra tecta reportat.
Grates Urse tibi pro me certamina tanta
Quando peregisti, atq; epularum lauta parasti
Fercla mihi. En coctis pariter nunc vescor, & assis
Carnibus illius magni Apri, qui mihi nuper
Vastavit fundos, & largos frugis acervos.

Caro Aprina qualis sit.

Ut caro distincta est tenui pinguedine sparsa?
Mollis, & in gustu suavis. Caro talis inesse
Nulla solet porcis quos cura saginat herilis.
Certè Aper apparet te fortè siligine tantùm
In campis vesci, in silvis radicibus, atq;
Herbarum foliis, & odoris caulibus uti.

Caro Aprina debili ventriculo noxia.

Abstineat tamen, exiguo tesumat & usu,
Cujus iners stomachus sumtas malè digerit escas.
Sic video Medicos præscribere. Prisca sed ætas
Aprum præcipuis lautum numeravit in escis:
Tum quòd Aper rarus decoret convivia rara,
Tum quòd Aprina caro bene cocta, aspersaq; vino,
Si modicè sumas, benè nutriat. Omnia in usu
Sic bona sic mala sunt: in abusu pessima cuncta.

Hinc

Iuvenal. Sat. 1

Hinc Vates Satyra luxum castigat acerba,
Romulidumq; gulam perstingit, dum sibi totos
Ponit Apros, animal propter convivia natum.
Crudum alter Stomacho Pavonē in balnea portans,
Naturæ ignarus, mortem inter prandia cœnat.

Experimentū contra sanguinem coagulatū & Pleuritidem.

At cui spissus inest concusso in corpore sanguis,
Aut cui Pleuritis latus imum pungit acuta:
In modico potu rasuram dentis Aprini
Sumat, uterq; æger magnam sciet inde medelam.
Talis enim rasura coagula sanguinis imo
Corpore dissolvit, lateris lenitq; dolores.
Testes sunt Medici, atq; ipsa experientia testis.
Quicquid Aper de te Medicorum sentiat ordo,
Res bene nunc cecidit, cadat & sic sæpius opto:
Scilicet ingenti quòd nuper stratus ab Urso
Tecta mea intrasti comedendum teq; dedisti.
Urse tibi rursum grates ago: copia quòd si
Fortè tui dabitur mihi: dulces tunc tibi saltem

Vrsi pedum plantæ esu suaviſsimæ.

Urse pedum plantas abscindam: haud suavior illis
Est cibus: his vescar, reliquam carnemq; relinquam.
Inde tibi toto detractam corpore pellem,
Quando hyeme externas proficisci cogor ad oras,
Involvam pedibus, frigusq; hac pelle repellam.
Urse vale interea, mihi plures offer & Apros.

AD

AD DEVM OMNIPOTENTEM pro omnibus Corporis atq, Animæ beneficijs GRATIARVM ACTIO.

Anno 1595.

DEO VNI ET TRINO DEDICATIO.

SCriptorum chorus optimis Patronis
Consuevit sua dedicare scripta,
A quibus capiat sui laborisFructum, præmiolumq; Dedicator.
Sanctæ, individuæq; Trinitati,
Quæ Patrona meæ salutis una est,
Has grates ego dono. Pro labore
Quæ tu dona, Deus, meo rependes?
Si clemens mihi eris, Deus, meisq;
Peccatis veniam dabis, tuoq;
Me cùm tempus erit, sinu repones,
Majora haud cupio obtinere dona.
Annus præterit, ut meæ salutis
Incertus fueram, Poëmaq; istud
Inceptum medio in labore liquit
Mens confecta mei dolore morbi.

Sumebam calamum manu, ſed omnes
Vires ingenij fuere fractæ.
Donec ipſe Deus meamq́; dextram,
Rurſus ingenium meumq́; rexit.
Perfectum hunc igitur, Deus, laborem
Strenæ ſume loco, fac ut novumq́;
Nulla labe notatus exigam annum,
Et nunquam mea mens tibi repugnet.
Hoc ſacrificium, Deus, tibi do:
Cor fractum offero, Spiritumq́; mœſtum.
Tu mundum mihi corq́; Spiritumq́;
Da rectum Deus: & tibi placebo.

AD DEVM OMNIPOTENTEM GRATIARVM ACTIO.

NVnc ſurge ô mea mens: Anima ô mea ſurge,
In ſublime vola cœlum, radiantiaq́; aſtra (Deiq́
Reple laude Dei: nunc ſurge, & carmine dignas
Funde Deo grates: cujus clementia finem
Non habet. En orbem complevit Cynthia quintum,
Ex quo diverſos afflicto in corpore morbos
Suſtinui, exhauſtis propè cunctis viribus æger,
Vlla nec in membris pars exſtitit integra ſanis.

Scili-

Scilicet ut toto peccata in corpore regnant,
Mensq́ adverſa Deo: ſic mutua prælia miſcent
Viſcera ſeſe inter vitalia corpore in imo.
Nam quia ventriculi fractus calor haud bene ſumtas
Eſcas digeſſit, lecur hinc quoq́ fecit alentis
Sanguinis haud multum: Chylusq́ impurior imas
Venit ubi ad partes calidis á renibus uſtus
Lithiaſin peperit, veſicam obſtruxit & ipſam.
At Renum adverſa ſplen qui regione locatur
Lætitiæ ſedes bene cùm valet: æger at idem
Triſtitiæ fomes cum ſanguine abundat adusto,
Vicinum inflatus ſtomachum, Diaphragmaq́ totis
Flatibus implevit, cerebri qui ſumma petentes
Culmina ubi ratio eſt hominis, ſimilisq́ Deo mens,
Turbavêre animum mœſtum, noctisq́ ſoporem.
Quid facerem? auxilium divinum inquirere prima
Cura fuit, Medici auxilium fuit altera cura.
Lenia præmitto, quæ cruda incidere poſſunt
Et fluida efficere, Hippocrates ceu præcipit auctor.
Talia iter ſternunt humoribus eliciendis.
Hinc utor potu qui bilem educat amaram:
Bile laboravit nam primis corpus ab annis,
Atq́ fuit varijs mea vita obnoxia morbis,
Quos tamen auxilio divino atq́ arte fugavi.

Una parum effecit quoniam sed potio, sumo
Te quoq; mixturis Hamech Confectio multis:
Posse etenim humores te novi expellere adustos.
At siquidem humores atri fuligine densa
Sursum exhalabant, Besoar lapis optimus ille,
Indorum in Capri stomacho qui nascitur imo,
Attritus bibitur mihi parvo sumtus in hausto.
Pessima materies collecta é corpore nondum
Ire tamen voluit, subter Diaphragma latere
Visus adhuc fomes mihi, qui de parte sinistra
Sæpe ciet flatum, quo cor mihi triste micabat,
Principium vitæ Cor. Ergo protinus utor
Dulcis aquæ labro duodenis manè diebus,
Fernelio monitore: Aperit ventremq; porosq;
Corporis hoc labrum, atq; emollit viscera cuncta.
Iam magis atq; magis stomachi natura resumtis
Viribus incepit meliùs consumere sumta.
Restabant flatus, qui circum tempora & aures
Membranam feriendo intus, peperêre susurrum,
Quem neq; Syrupi capitales tollere, Bolus
Nec potuit sumtus trahere alto é vertice, quanquam
Insita vis illi pituitam educere crassam.
Defessus tandem medicamina plura reliqui,
Expendens propiùs graviores scilicet annos,

Ma-

Maturumq; ævum. Undecimi confinia lustri
Namq; ferè tango: potior pars estq; caduca
Acta mihi vitæ: taliq; ætate labascunt
Languidulæ vires hominis, roburq; vigorq;,
Et naturalis sensim calor interit intus.
Cuncta tamen fovet ipse Deus, producere vitam
Ille potest solus: Solis cohibere volantes
Ceu potuit currus, jussitq; alta æquora stare.
Ille potens, Deus ille meus, me surgere fecit,
Et jussit meliora malis sperare peractis.
Hunc ego dum vivã, dum Spiritus hos reget artus
Laude canam merita, patrantem ingentia mundo
Passim miracla, & clementer cuncta fovente.
Hunc lauda ô mea mens: vitalem luminis usum
Qui mihi concedit: qui matris ab ubere raptum
Me puerum teneris hîc atq; hîc fovit ab annis.
Prussia Masoviæ vicino limite juncta,
Parvus ubi fundos humectat Nida paternos,
Me genuit puerum: prima hîc fundamina jeci
Artibus in doctis. te Mons hinc Regie adivi,
Bregela quem geminis opulentum circuit undis.
Inde Deo Duce sum longinquas missus in oras,
Musarum sacra castra sequens. Qua spumifer Albis
Leucoream aggeribus vallatam præterit urbem,

Qua-

Quaq; Argentinam Rhenus præterfluit, alta
Turris ubi ſummas attingit vertice nubes:
Idem Rauracis Baſileam ubi tranſit in oris,
Et qua Danubio Ingolſtadia cingitur amni,
Qua ſitaq; Auſtriacæ ſunt propugnacla Viennæ.
Hîc ego vixi olim Muſarum cultor, & Aulæ
Cæſareæ addictus ſervus. Quod mille pericla
Morborum evaſi, per tot diſcrimina rerum
Quodq; frequentavi Regales ſæpius Aulas,
Moſchica quòd Regis Stephani ſum caſtra ſecutus,
Hujus & obtinui in me ſignum inſigne favoris,
Tum quòd ago ſenior canos nunc molliter annos,
Perſpicuoq; habeo faciles in carmine Muſas,
Muneris omne Dei eſt: Deus hæc mihi cõtulit unus,
Præſidium vitæ, & rebus ſolamen in arctis.
Hunc lauda ô mea mens, cujus ſub numine vivũt
Omnia, totius quæ machina continet orbis.
Hoc ſine nemo perit: pilus hoc ſine nec cadit ullus
Vertice de capitis. Vitali lumine caſſi
Hoc mandante iterum ſurgunt, vitaq; fruuntur.
Membra poteſt ſolus putrefacta hic, aridaq; oſſa
Extinctorum hominum vivis circundare venis
Sanguinis, & carnem & pellem ſuperaddere fibris.
Quis putet? En nuper morbo vexatus acerbo

Ex-

Extenuatus eram per totos corporis artus,
Laxaq; erat cutis abſumta de carne, videbam
Iuncturas ſola cute tectas, oſſeq; ab imo,
Quod ſacrũ appellant, femur & crura ægra cavata,
Nunc tamẽ accreſcunt rurſum omnia membra, calo-
Agnoſco ſtomachi meliùs quàm ſuevérat antè (remq;
Eſcas concoquere, & membris partire vigorem
Quæq; priùs cerebro fuerat ſpeculatio demta
Fumorum aſcenſu ex multo, magnoq; ſuſurro:
Ecce mihi ingenij talis vis alta viciſſim
Redditur, & repetit Phœbeam in pectore flammam.
Nuper & ut dextro pede foſſum intrare ſepulcrum
Viſus eram, at ſupra tumulum pede ſtare ſiniſtro:
Semiſepulta Deus ſic membra retraxit in auras,
Longiùs atq; mea ſpe vitam ducere juſſit.
Quos ego non memini Iuvenes, florentibus annis,
Atq; ætate pares mihi, forti occumbere in ævo?
Ipſe autem fragiles qui geſto corporis artus,
Soſpes adhuc vivo, jucunda veſcor & aura.
Sic Deus infirmis operatur in artubus, omnem
Spem contra humanam, & Parcarũ numina contra.
Gratia Chriſte tibi: qui fracto in corpore vires
Sternis, & attollis rurſum: tibi gratia Chriſte.
Da precor, ut poſſim numerum prænoſſe dierum

Christe meæ vitæ: sciat & mea mens homo quando
Non ero in immundo mundo amplius, hunćq; relin-
Méq; parem cœlo, supráq; altissima dulce (quam,
Astra tibi psallam carmen, quo Regia tota
Personet ætherea, Angelicus quod́q; audiat ordo.
Interea quodcunq; meos accedet ad annos,
Totum hoc Christe rege, ut discam tibi vivere soli,
Atq; mori discam in vera pietate fidéq;.
Effice, ut extremi cum venerit hora diei,
Hoc iterum surgam tibi corpore, cinctus & ista
Pelle mea, Electos inter te Iudice ponar,
Et capiam æterna cœlestia gaudia vitæ.
Ut́q; sibi effosso Pelicanus pectore vitam
Sanguine vivifico pullis & morte suädet:
Scit́q; velut Phœnix senior se morte renasci,
Sponte sua quando supposito se cremat igne,
E cinere ut Phœnix oriatur posthumus alter,
Præscius & mortis Cygnus ceu suavia cantat:
Sic me morte tua, sic sanguine pascito Christe,
Mortuus ut vivam, in cinereḿq; redacta vicissim
Membra mea exsurgant redivivas posthuma in au-
Ut́q; Olor, ante obitū mea sic mens dulcia cantet (ras:
Quem Christus verus Pelicanus sanguine pascit,
Ille velut Phœnix & Cygnus finiet ævum.

Non

Non equidem semper victurum hîc, sed moriturū
Me scio: si tamen est forsan tua sancta voluntas,
Magne Deus, jubeas duras mihi parcere Parcas,
Longiùs & pensum fugitivæ extendere vitæ,
Quo tibi quoq; meis possim servire propinquis
Contra hostes, qui multa mihi clàm damna precan-
Cumq; ævi tandem fuero satur, effice Christe (tur
Clementer, placidè ut moriar sub imagine somni,
Tela metus nulla experiar, nullumq; dolorem.
Quod si fortè tibi visum, ut prior orbe recedam,
Et vitæ hîc sociam, & mihi junctos sanguine linquā,
Sis Deus illorum Tutor: concordibus omnes
Fac vivant animis, & dulci pace fruantur.
Sat mihi velle tuum Deus est: tua sancta voluntas
Fiat; in hac ponit qui votum, haud fallitur unquam.
Castra valete: valete fora: atq; negotia cuncta
Hactenus expertus quæ sum: juvat ultima tandem
Tempora tranquillo traducere suaviter ævo,
Inq; Deum solum cunctas defigere curas:
Concessiq; ævi reliquum sic ducere tempus,
Esse domo in Domini ut possim, dum vita manebit.
Fas sit & interdum tractare negotia si qua
Sustineant validæ non fracto in corpore vires,
Interdum & liceat cultos invisere campos,

Semine & in terram tumulato exempla videre
Alterius vitæ, quæ terra exsurget, & alti
Summa petet cœli, atq; æterna luce fruetur.
Ut surgit semen, sic surget & altera vita:
Semen enim vitæ est hæc præsens vita futuræ.

REVERENDISSIMO ET ILlustrisimo Domino, Dno. Petro Tilizki, Episcopo Culmensi, Regni Poloniæ Vicecancellario, cum Sereniſsimo Poloniæ Rege Sigiſmundo tertio in Regnum Sueciæ proficiſcenti

Anno 1598.

VOTVM.

QVi Regem Stephanum cum Moſcho bella
Proq; ſuo populo pugnantẽ fortibus armis, ſgerentem,
Per loca inacceſſa, & per inhoſpita luſtra ſecutus
Tilicius fuerat, Secretaq; Regis habebat
Pectore in occluſo: idem te quoq; Rex Sigimunde,
Auctus ubi eſt titulis, geminis & honoribus auctus,
Per varios caſus ſequitur terraq; mariq;:
Dum Sueonum populos ſtudia in contraria ſciſſos,
Et patrij Regni ſolium petis optimus Hæres.

Er-

Ergo meæ faciles mihi nunc accurrite Muſæ:
Tilicio Comites eſte: Omnipotensq; rogate
Numen, ut hunc ſalvum ducat, ſalvumq; reducat
Sarmatiæ Regno. quem, dum per fata licebit,
Semper honoratum (ſic virtus poſcit) habebo.
Nam veluti primis Pietas hunc juſsit ab annis
Priſca ſequi veterum fidei veſtigia Patrum:
Sic ubi maturum gravior pervenit ad ævum,
Dona tria hæc illum, Pietas, Virtusq;, Laborq;
Altiùs evectum majores ſumere honores,
Inq; Senatorum fecerunt eſſe corona.
Arduares, Regni ViceCancellarius ampli:
At quantò gravior cura eſt, tanto eſt quoq; major
Gloria, de Regno bene, de populoq; mereri.
Ecce ſuos in te, ViceCancellarie, cuncti
Defigunt oculos: lætatur Natio triplex,
Livones inter poſt Moſchos inde repulſos
Vivere conjunctim quæ ſede aſſueſcit eadem.
Terra ferax frugum Culmenſis ſperat, & optat
Præſule te deinceps majores edere fructus,
Sive fide é ſacra, ſive é tellure paratos.
Vive igitur longa Præſul digniſsime vita,
Et cum Rege tuo feliciter ito, redito.
Iamq; vale: hocq; meum clementer nunc cape Votũ,

Dum tibi gratabor verſu meliore reverſo.
At tu Rex Regni flos, & ſpes magna Poloni,
Atq; Iagellonicæ ſtirpis ſuprema Propago,
In quam ſolam omnis domus inclinata recumbit:
Sume animum, & fortis præſentes reprime turbas.
Exortas ſciſſo in Regno, dum ſævit Erynnis,
Æmulus & latè vires extendere tentat.
Mens tua mens recti ſibi conſcia, juſq; fides q;
Pro te pugnabunt: contrà arma rebellia nunquam
Succeſſus habuere bonos. Exempla referre
Longa mora eſt: Sunt exemplum memorabile ſævi
Anguipedes illi (gens quondam fœda) Gigantes.
Qui fera bella Iovem contra auſi ferre, volebant
Montibus excelſis ſummos ſuperaddere montes,
Pervius ut fieret congeſtis molibus æther.
Iamq; altum immenſo imponebant Oſſan Olympo,
Pelion inde Oſſæ, qui vertice tangeret aſtra.
Aſt ita dum rutilum magno conamine cœlum
Scandere nituntur, cœleſti Numine læſo,
Fit fragor, erumpunt jaculati é nubibus ignes
Anguipedes contra, & montes, labor irritus omnis
In ventos abijt, diri ſtratiq; Gigantes
Occubuere omnes ſub montibus interruptis.
Exitus hic horum qui contra Numina pugnant.

Sic

Sic etiam Phaëton currus auriga paterni,
Dum contra Solis præceptum laxat habenas,
Alta volens: medium nolens: extrema petensq;,
Miſcuit ut totum flammis Solaribus orbem,
Fulmine percuſſus Iovis Auriga altus ab alto
Corruit in præceps, & magnis excidit auſis.
Sic alij atq; alij perſæpe cupidine rerum.
Non conceſſarum divinitus, interiêrunt.
Namq; Magiſtratum qui contra ſurgit, is ipſum
Ferre Deum contra præſumitur arma nefanda,
Quæ Deus irarum flammis & fulmine ſternit.

IN ILLVSTRISSIMAE FAMILIAE RADZIVVILORVM INSIGNIA, ΗΘΙΚΗ Ethica. ad *ILLVSTRISSIMVM, ET HEROICÆ indolis Principem Dn. Chriſtophorum Chriſt. F. Palatidinem Vilnen.*

BVccina picta triplex rubeo venatica cam-
Radzvilæ ſignat ſtemmata clara domus. (po
Hæc quia gens vetus eſt famam venata perennem,
Et bello pariter claruit, atq; toga.

Ceu

Ceu plenis oculis Solem Iovis Aſpicit Ales,
Nec cadit hæc morbo, nec cadit hæc ſenio.
Sola fames ſed enim necat hanc: Sic vivida Virtus
Non obit, at pleno lumine ſumma petit.
Frangitur haud morbo, ſenio nec languet oborto;
Marcet, ni quod agat ſemper habere queat.
Inde fames fomes velut eſt Virtutis, amorq́;:
Hoc natura Aquilam fomite ſervat, alit.
CHRISTOPHORE ô Princeps heroo ſanguine na-
Iſta tuæ gentis ſtemmata quando vides: (te,
Majorum ante oculos tibi pone exempla tuorum,
Multos ex illis quos imiteris habes:
Ac Patrem imprimis cui quondam Moſchica turba
Obſtupefacta ſuo cum Duce terga dedit.

IN INSIGNIA CIVITATIS RIGENSIS.

TRanſverſæ claves, & Porta; Inſigne Rigenſe eſt;
Prima via hoc portu quòd reſerata fuit.
Inſula quando dedit prima fundamina templo,
Mœniaq́; hoc juſsit condere Duna loco.
Cur rubet æratus Clypeus? quia ſanguine, & ære
Hanc Vrbem cives conſtituêre ſuo.
Da Deus, ut ſonet hîc tua laus: Concordia creſcat
Civica: terrarum publica ſteté: ſalus.

IN-

INSCRIPTIO ARCVS SEV FORNICIS, AQVAE INTRA Mœnia Rigenſia, & aggerem introducendæ cauſa exſtructæ.

MAjores poſitam cinxerunt mœnibus urbem,
Altus & inductis agger obitur aquis.
Majorum exemplo nos ſeræ poſteritati
In commune bonum tale paramus opus.

IN AQVILAM ALBAM REGNI POLONIAE INSIGNE.

IN rubeo Scuto Iovis Ales pingitur alba:
Explicat hæc alas parte ab utraq; ſuas. (ortum
Forſan utrumq; latus, Boream, nunc monſtrat, &
Suſpectumq́; Ales ſignat utrumq; locum.
Cernere Regnicolas belli flagrante tumultu,
Idq́; quod á tergo eſt, idq́; quod ante, decet.
Quid rubor in Scuto? cruor eſt. Sic ſanguine Reges
Pro lege atq; ſuo pro grege bella gerunt.

LIVONIÆ AFFLICTÆ
ad
SACRAM REGIAM MAIE-
ſtatem, Ordines Regni Poloniæ
Magniq; Ducatus Lithvaniæ
SVPPLICATIO.

HAnc afflicta animis Livonia mitto ſalutem
REX SIGIMVNDE tibi, & vobis Proceresq;
Conſiliũ magnis Regni de rebus habentes, (Ducesq;:
Imperio acciti: quos ſive Polonia fortis,
Sive etiam Regno Lithvania juncta Polono
Suſpicit, atq; alto virtutibus æquat Olympo:
Has lacrymas vobis Livonia mitto profuſas,
Vos mihi vos rurſum ſperatam afferte ſalutem.
Conſulite in medium, & lapſis ſuccurrite rebus,
Ac populum veſtrum juſto defendite bello.
Cernitis ut ſurgant diverſis partibus hoſtes,
Sarmatiam contra, & ſubjectas huic Regiones?
Solis ab exortu, inſidijs inſtructus & aſtu
Moldavus hoſtis adeſt, Regnum infeſtatq; Polonum
Hunc licet oppoſitis vicit Zamoſcius armis,
Et tota juſſit Walachorum excedere terra:

Te-

Tecta tamen ſupereſt ceu conſpiratio quædam
Quæ jacet interdum, adjutisq; repullulat auſis,
In commune malum, in Regniq; pericla Poloni.
Alter at á Borea Suconumq; egreſſus ab oris,
Unde ſalus nobis & pax ſperanda fuiſſet,
Occupat Eſtones, inhiat Livonibus inde,
Succeſſusq; urgens, Arces atq; oppida Regis
Marte vel arte capit. Quis enim bella inter & arma
Legem habet? Et dolus an Virtus, quis in hoſte requi-
Hunc hoſtem talem, ſemperq; in utrumq; paratũ (rat?
Nos pauci dubia fruſtra oppugnamus arena
Non tali auxilio, quale eſt, non milite parvo,
Tempus eget: ſummis bellandum eſt viribus ac vi:
Vi facienda via eſt, procul hinc abigendus & hoſtis.
Ergo agite ô Regni Proceres, ſuccurrite Regi:
Ferte citi auxilium: date tela, intendite nervos.
Sunt vobis vires, ſunt neſcia cedere cuiquam
Pectora, ſunt animi, & rebus ſpectata juventus,
Nec ſe Sarmatiæ jactabit vulnere quisquam,
Si modò ſit, quæ dat magnum, Concordia, robur.
Concordes vos eſſe decet: Concordia parvas
Auget opes: magnas at opes diſcordia frangit.
Inclyte REX in te Livonia pono ſalutem:
Auxilium á vobis Regni Proceresq; Ducesq;

Deserti optamus Livones omnium egeni.
Ne nostra in vanos abeant vota irrita ventos,
Nosq; animæ viles, deserta afflictaq; turba,
Aut triste exilium fortunis omnibus orbi,
Multaq; diversis patiamur tristia in oris:
Aut numero exiguo, congressuq; impare in hostem
Pugnantes, passim campo sternamur aperto;
Effice REX, vosq; ô Proceres, salvate ruentem
Livonum terram, jamq; antea plurima passam.
Sanguine nobis cum hanc patriam rapuistis ab ho- (ste;
Nunc quoq; præsenti ereptam servate pericio.
Inde bona causa & divino Numine freti
O animo magno, & præstantes Marte Poloni,
Vosq; horum socij Lithvano sanguine creti,
Omnes illustres clari virtutibus omnes;
Sarmatiæ & Suconum Regem, quem vivida Virtus
Et Pietas decorant, ceu cœlo Luna sereno
Cum fulget nitida, & nocturnas discutit umbras:
Hunc vestrum Regem patriq; quoq; sistite Regno.
Rigaq; dum stabit fossis atq; aggere cincta,
Riga ornamentum terræ Livonidos unum,
Naviferis dumq; hanc Urbem Duna alluet undis,
Atq; hinc effusus Boreale intrabit in Æquor:
Semper honos, vestrumq; decus, laudesq; manebunt.

HE.

HEDERA LVMINANS

Postquam á tempore recuperatæ Livoniæ, tàm sub divo olim Rege Stephano, quàm sereniss. Rege Sigismundo III, hactenus labore & virtute sua florem acquisivisset; tandem oborta tempestate inter agros, fructus, & diversas arbores suas vastatas doloris sui guttas ex surculis concussis expressas, in hoc flebile carmen convertit; & ne solijs decussis, frondibus succisis, & radicibus eversis, omni succo & nutrimento sibi per hostem detracto senescens exaresçat, Sereniss. Regi Dno. suo clementiss. humilimè supplicat.

MEDITATIO

Militis Christiani cordati, & simul pij:

dedicata

SERENISSIMO, POTENTISSIMOQ; PRINCIPI ac Dno. Dno. SIGISMUNDO tertio, Regi Poloniæ & Sueciæ &c. nec non ejusdem Reg. M^tis Supremis Exercituum Regni & M. D Lith. Ducibus, Equitum, & Peditum Præfectis, Centurionibus, alijsq; Militibus, Sac. Regiæ M^ti, & Reip. communi in bello Livonico operam militarem navantibus.

MILES loquitur.

SUnt tria, quæ de te, magni Rex maxime mũdi,
Summe Deus, summa spẽq; fideq; peto.

I.

Iustitia militaris

Ne sitiam Spolia innocuo de sanguine rapta:
Sontis & insontis sit mihi lex posita.
Parcere subjectis, & debellare rebelles,
Principis officium nobile semper erat.
Religio Patrum quæ sacros struxit in usus
Templa, Scholas, fundos, dilacerare scelus.
Vastare agricolas, miscere incendia passim,
Omniaq; in cinerem vertere tecta, nefas.
Fœmineo in sexu vim casto inferre pudori
Ne mea mens ausit, tu prohibeto Deus.
Non me divitiæ, non me spes improba nummi,
Contra te jubeant castra nefanda sequi.
Sed pro Rege meo in causa dum milito justa,
Dulce sit in bello vivere, dulce mori.

II.

Mors militaris

Siq; mori certum sit, det mihi gloria finem:
Sit mihi cor præsens, absit inersq; timor.
Ibo omnes contra qui miscent fasq; nefasq;,
In Regemq; audent bella parare suum.

Qua

Qua mente ô miseri pugnabunt? Rege relicto
Castra quibus placuit nunc aliena sequi?
Conscia mens culpæ injustis timet omnia in armis:
Nulla sibi rectè conscius arma timet.
Una salus bello mihi sit, præstantibus ausis
Vivere, vel læto vulnere posse mori.
Sit vir, non puer imbellis: sit fortior heros,
Qui me lethali vulnere sternat humi.

III.

Da Deus ut moriens victo palmam assequar hoste, Sepultura militaris.
Eq; mea celebris morte triumphus eat.
Exanimum corpus, sine vita, & triste cadaver
Non canibus, rapidis non sit & esca feris.
Sed socios inter cæsos & mille meorum
Corpora, sit tumulus, sit mihi terra quies.
Inflicto q; fluens è vulnere sanguis odoras
Ex terra violas proferat, atq; rosas,
Hoc versu pictas: Hîc militis ossa Poloni,
Et, pro Rege suo quæ tulit, arma vigent:
Posteritas canat hæc, Animam sed Christe receptam
Æterna facias prosperitate frui.

DE

DE LIVONIÆ STATV instabili, ex fundamentis Philosophicis.

QVòd Livonia seculis retrò actis
Multùm floruit, ORDO fecit ille
Vnitus velut unione quadam
Status duplicis, hunc regentis Orbem,
SACRI scilicet atq; SECVLARIS.
Pro Christo CRVCIS ORDO bella gessit.
Per hunc Nobilitasq; crevit olim,
Armorum intrepido & frequente in usu.
SACER vota precesq; fudit ORDO
Diligentior, ad Deiq; cultum
Gentes transtulit. Ast uterq; ut ORDO
Ille Bella, sed hic Preces reliquit
Negligentior: Ecce mox ruina
Secuta est, perijt Statusq; uterq;.
Excusso ORDINE sacra sunt profanis
Commutata, simulq; priscus ORDO
Martis languit. Ac quidem videmus,
Haud quaquã tamen ORDINEM obtinemus
Post rerum metamorphosin secutam.

Ex

Ex causis quibus orta cuncta nam sunt,
Per causas quoq; cuncta stant easdem.
A causis procul at sumus vetustis,
Ad causas neq; fas redire priscas,
Aut perdifficile est, Statu hoc manente
Qui confusus ubiq; nunc habetur
SECVLARIBVS in SACRISQ; rebus.
Vide Livo, videte Regna causas
Propter quas ruitis. Videte num sit
Concors unio Christianitatis,
An Concordia sitq; Nationum.
Armorumq; videte num sit usus
Qui quondam fuit: & patebit inde
Ortus Interitusq; causa Rerum.
Dum Discordia regnat, estq; pulsa
Terris Iustitia, alma Charitasq;
Scissa Religione dum laborat:
Dumq; ad principia illa non redimus,
Per quæ nobilis ORDO militaris
Et RESPVBLICA Christiana quondam
Vires sumsit eundo, floruitq;,
Terrarum instabilis Status manebit:
Gens gentem premit, inq; Bella surget.

DE EXPVGNATA VVOLMARIA. ao 1601.

Forte mea nuper monui dictante Camœna
Vt Reginæ avium niveis quæ venit in alis
Sarmatiæ è Regno, numeroso milite cincta,
Subjicerent sese Volucres, Livonide terra,
Nequicquam in nidis latitantes Numina contra,
Quas Aquilæ Accipiter prædator nuper ademit.
Dicebam: Volucres tandem resipiscite, tandem
Discite perfidiæ veniam sperare rogando,
Dum locus est veniæ, & Iovis ales mitior extat:
Ne comites ejus Simson, Lupus, & Crocodylus,
Atq; alij plures muros perrumpere sueti,
Cum nidis vestris evertant funditus omnes.
Accipitrem ô Volucres scitis super alta volasse
Æquora, in ingenti discrimine vosq; relictas.
Incipite in vosmet tandem descendere, & illud
Dedecus, & maculas, quas vestro crimine vestris
Rebus inussistis meliori pectore sumpto
Eluite, & vobis vestrisq; Nepotibus olim
Consulite, inq; viam conversa mente redite,
Et pennis Aquilæ vestras conjungite pennas.
Hæc ego Regina Volucrum præsente monebam.
Ta-

Talia fundebam turbato pectore vota,
Quæ dium audivit votis tractabile Numen,
Ergo ubi Lithvanas Iovis Ales cessit in oras,
Ingenio clarus sed Belli clarior usu
Falco Aquilæ Ductor, nova quo Zamoscia gaudet
Et fossa, & muro, præcelsoq; aggere cingi,
Invasit Nidum, Goviæ prope flumina structum:
Hunc contra Bellatores insurgere jussit,
Præstantes omnes & sævo Marte potentes.
Iussa citi peragunt. Magno ruit impete Simson,
Ærea cui facies latum facit ore foramen,
Fumantesq; globos jaculatur murmure magno.
Huic fratri juncta est bello metuenda Virago,
Oppugnare viros, atq; expugnare parata.
Hinc Lupus in sylvis Moschorum ingentibus ortus,
Livonum quondam prædo, & populator agrorum,
Et qui nomen habet Laceri, laceret quia cuncta.
Ponè Lacerta subit, sinuatq; volumina caudæ,
Squamiger & serpens, Crocodylusq; hinc maculosus.
Hi, pluresq; alij revomentes ore globorum
Vim magnam, cunctis adnixi viribus ipsum
Perfidiæ Nidum rumpunt, terebrantq; cavantq;,
Unâ omnes ruere, & vomere omnes tela videres.
Undiq; lata fenestra & pervius undiq; Nidus

Factus ubi est, rumpunt aditus, & milite complent
Alæ Aquilæ niveæ: quarũ unum oppugnat ut agmen
Hostem intra murum, tormenti concidit ictu
Ille heu Magnanimus Ruthveno è sanguine miles,
Terra Caledonijs quem quondam enutrijt oris,
Marte virum genitum, & clarũ Mavortibus ausis:
Occubuere alij quoq; primo in limine pauci
Fortunati omnes: pro Regni Rege Poloni
Dulce mori fuerat quibus, & pro laude perire:
Vobis parta quies: & laus, & fama perennis:
Quoq; eritis tumulo quaq; in tellure sepulti,
Pax ibi sit, vestro vigeantq; è sanguine flores.
At non turbatus Ruthveni funere miles
Acrior insurgit, vim major suscitat ira:
Invaditq; Urbem. Hîc vento fugit ocyor omni,
Et sese Nido hostis claudit posteriore.
His miser è latebris imitatus rursus Olympi
Fulmen, & ejaculans (sed frustra) tela globosq;,
Ostensis tandem signis dum dedere sese
Cogitat, & veniam pariter vitamq; precatur,
Exire est jussus, posita cui mitior ira
Dux Belli summus sedata mente pepercit,
Militibus reliquis vitæ concessit & usum,
Atq; potestatem, quo vellent, liquit eundi.

Quos

Quos Ostrorogius comes est comitatus euntes
Magno animo comes, & claris Illustris in armis,
Ut tuti possent transire per agmina Regis.
Hæc ad Volmariam: cui nec succurrere visus
Accipiter, nec præsidium, visi antè, manipli.
Volmara jam cecidere, cadent & mœnia plura.
Conscia mens sceleris premit omnes, frangit & horũ
Frustra intentatas vano conamine vires
Sauromatum in turmas, stantes dura omnia contra,
Non secus ac rigido stat Saxum immobile Ponto.
Facta via est: fatis felicibus ite feroci
Marte sati Heroës, quos sive Polonia fortis
Sive etiam Regno Lithvania juncta Polono
Edidit, atq; alas Virtutum expandere jussit,
Proq; Sigismundo Rege hostes tendere in omnes,
Pro Rege insigni cui nemo è semine cretus
Audeat heroæ contendere munere mentis.
Cui Pietas animo, cui Virtus ore relucet,
Non secus aureolo ac scintillans gemma monili.
Ergo Duces Belli quò vos vocat inclyta Virtus
Ite atq; ulterius vestras extendite vires,
Pro Lege & grege decertantes fortibus armis.
Regis causa bona est: TANDEM BONA CAUSA
(TRIUMPHAT.

EPITHALAMIVM

In honorem nuptiarum,

Virtutum, doctrinæ, & ingenij laude præstantissimi viri, Dñi. THOMÆ RAMI, Rigeñ. V. I. C.

&

Sponsæ eius lectissimæ virginis

ANNÆ, Amplissimi & Clarissimi viri D. NICOLAI EKII, Reipub. Rigeñ. Consulis dignissimi Filiæ.

ANNA thoro Thomæ dum jungitur Ekia Rami,
Ambo Oleæ ramo similes sunt. Ramus Olivæ,
Pacis est signum: fœcunda ut floret Oliva,
Sic ambo in pace & fœcundo suaviter ævo
Tempora consumant, nullis obnoxia rixis.
Ipsa viro ante oculos virtus occurset, eundem
Excitet, ad casus ut sit constantior omnes,
Quos incerta globo Sors quæ stat vecta rotundo,
Suppeditat variè, & nunc hûc, nunc se rotat illûc:
Tristibus immiscens læta, & lugubria lætis.
Ergo velut ramos altas attollit in auras
Quercus, & adversi stat contra flamina venti,
Mole immota sua, densis immotaq; ramis:
Sic, Thoma, ramus sis tanquam querneus, ævum

Si

Si qua tuum forsan fortunæ injuria vexet.
Exemplo Socer esto tibi: constantia mentis,
Nesciaq; in duris frangi patientia rebus,
Quem magnũ faciunt: dum tempore tempora cuncta
Temperat, & casus prudentior excutit omnes:
Stans contra adversos, velut arbor quernea, ventos.
Ille suam natam tibi nunc, charissime Thoma,
Fœdere conjugij conjungit: Cura parentum
Quam jussit teneris pietatem discere ab annis
Instruxitq; pijs & castis moribus, ipsi
Grata Deo ut summo, grata & mortalibus esset.
Scilicet in natas manant exempla parentum,
Utq; Deum Mater, sic matrem nata sequetur.
Gratulor ergo tibi de tali, Sponse, puella,
Utq; tibi, Sponsæq; tuæ feliciter istud
Conjugium cedat, votis ardentibus opto.
Hactenus ingenuas, primis florentibus annis,
Artes sectatus, diversa Lycæa Scholasq;
Sponse peragrasti, teq; Heidelberga forensi
Versantem in studio tota trieteride vidit.
Non ibi in obscura latuisti absconditus umbra,
Quin luce in clara doctorum turba virorum
Congressa ingenio tecum est: te solvere jussit
Implicitos legum nodos, perplexaq; sensa

Promp-

Promptus eras cunctis, & respondere paratus.
Inde tuo ingenio applaudens Academia (velles
Si modo) te dignis titulis ornare volebat.
Nec tibi defuerat magnarum occasio rerum.
Verùm habet ipsa suam taciturna modestia laudem:
Teq; ipso contentus eras, contentus ut es nunc.
Ergo dum patriam venisti rursus in urbem,
Te quoq; amat patria, & primores urbis, & ordo
Civicus, atq; omnes consanguinitate propinqui.
Inde fit, ut claris tibi virgo parentibus orta,
Iuncta sit, hisq; tuis thalamis benè quisq; precetur.
Quin etiam ipse Hymen præcinctus tempora myrto,
Concelebrare tuæ venit spectacula pompæ,
Atq; Facem portans flagrantem, prævius omnes
Anteit, inq; Face inscribit memorabile dictum:
VT FAX CONIUGII SIC FLAGRET MUTUA FLAMMA.
Hæc satis scripsisse mihi, quem Febris iniqua
Vexat, & ingenij prostratum exhaurit acumen.
Plura alij scribant. Quod restat at, optime Sponse,
Fide Deo, tua cautus agas, aliena relinquas,
Dissimules, & erunt tibi si qua ferenda, labores.
Assiduèq; Deum tua voto in cuncta vocato:
Sic tibi conjugium hoc fatis felicibus ibit,
Sic dabit oranti, Deus optimus, optima quæque.

EPI-

EPITAPHIVM, ANNO 1594 ab ipso auctore graviter decumbente exstructum, & post ejus obitum in Chartophylacio repertum. quod ad sepulchrum suum erigi, his verbis jam tùm mandavit:

Hæc quando Dei Voluntas sive nunc, sive deinceps ita statuet, ad posteros extare debebunt monimenti loco.

HIc jaceo Daniel Herman de gente Borussa
Natus, ubi patrios Nida pererrat agros.
Erudijt puerum Argentinæ Ludus; at Albus
Mons Iuvenem expolijt; Cæsaris Aula virum.
Hinc cupidum plures me rerum discere casus
Dantiscum voluit Regia castra sequi.
Hæc sequor: atq; Vrbis commissa negotia tractans
Civica, militibus sæpiùs æra fero.
Inde ubi Victori Stephano Livonia cessit,
Pulsus ab hac terra Moschus & hostis erat:
Me quoq; Rex inter Livonos vivere jussit,
Contulit & studijs prædia larga meis.
Hîc igitur vixi: Conjux mihi ductaq; Rigæ est
Vrsula Krögero Fœmina patre sata.

Moribus excultis, pietate & prædita multa,
Inq̃; meos nutus officiosa fuit.
Qui nos concordes vita conjunxit in ista,
Iungat in extremo nos Deus ille die.
Me tandem Riga aggeribus vallata recepit,
Atq; mihi requiem præbuit, & tumulum.
Inveni portum: Spes, & Fortuna valete.
Inveni in Christi gaudia viva sinu.
Absolvi miseræ tandem ludibria vitæ
Expertus mortis vulnera: Vivo tamen.
Vivendo didici, didici moriendo, voluptas
Quanta sit in solum Spem posuisse Deum.
Nimirùm requie Christi mihi sanguine parta,
Perfruor, & Spes est nunc rata facta mihi.
Vivite felices, quotquot didicistis, amici,
Quid prosit, soli fidere posse Deo.
Vixi, & quem dederas cursum mihi, Christe, peregi,
Nec mihi Vita brevis, nec mihi longa fuit.

Danielis Hermanni Niedburgen.
Poëmatum FINIS.



Jehova lux mea & salus mea Psal: 27

EXCVDEBAT IN
REGIA CIVITATE
MARITIMA RIGA
Nicolaus Mollinus

LATVIJAS PSR ZINĀTŅU AKADĒMIJA FUNDAMENTĀLĀ BIBLIOTĒKA

590.egy.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

841618

LU Akad. bibl.
817001260